Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Mit 74 Karten.
[15] Bl. Text

Ex Museo
J. P. Hartung.

Nicht ausleihbar

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ERNESTUS

ERNESTUS SCHREIBER

Joh. Ferd. Schreiber

87/012a

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

G. u. St.
2566

Es fehlen Tafeln:

1-10

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Jacob Chryſoph Weyerman inv. et delin. *Cum Privileg. S.R.I. Vicariat. in part. Rheni, Franc. et Suev. juris.* *Martin Gottfried Crophius sculps.*

1744-1756

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Rara
Ge. u. St. 2566
LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF
28.124
Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

INTRODUCTIO
in Geographiæ Studium, utile non minus quam jucundum.

§. 1.

Geographia eſt Scientia, quæ non ſolum figuram, magnitudinem & reliquas telluris noſtræ affectiones, ſed etiam diviſionem ſuperficiei ejusdem, docet.

§. 2.

Figuram, magnitudinem & reliquas telluris affectiones explicare, Mathematicorum eſt, unde etiam Geographia Mathematica ſive univerſalis appellatur; ut altera, qua ſuperficies tantum terræ conſideratur, hiſtoricæ ſeu particularis nomine venit.

§. 3.

Nos jam de hiſtorica tantum Geographiæ parte ſoliciti, ex Mathematica puncta, lineas & circulos quosdam, quibus carere non poſſumus, explicabimus.

§. 4.

Præter hæc vocabula nonnulla occurrunt, quæ prævia opus habere videntur explicatione: *Oceani* nomine comprehenduntur aquæ univerſam terram continuo tractu ambientes, quæ pro diverſitate plagæ diverſas accepere denominationes. *Sinus*, Italis *Golfo*, eſt pars maris in regionem quandam altius penetrans, ac ſeſe quaſi inſinuans. *Fretum* eſt pars Oceani inter duas terras anguſto tractu decurrens, & duo maria connectens. *Iſthmus*, regio inter duo maria coarctata, & duas terras connectens. *Archipelagus* mare vocatur, multis inſulis conſitum. *Inſula* terra eſt, quam aquæ undique circumfluunt; *Peninſula*, quam non undique, maximam tamen partem, aquæ ambiunt. *Promontorium*, jugum montis, ſive, Regionis pars erectior, in mare protenſa.

De Planiglobio.

Figuram telluris eſſe ſphæroidalem, nemo hodie dubitat. Quare globi illi, quibus ſuperficies ejus, ſecundum eandem proportionem, artificioſe repræſentatur, ob inſignem eorum cum tellure ſimilitudinem, Geographiæ addiſcendæ potiſſimum inſervire putantur. Cum vero non niſi magnis ſumtibus comparari, nec ubivis commode uſui eſſe poſſint, mappis plerumque utimur, quæ, ut mos invaluit, ita delineantur, ut, quæ ad Septentrionem ſpectant, in parte ſuperiori; in inferiori, quæ ad Meridiem; ad dextram, quæ ad Orientem; & ad ſiniſtram, quæ ad Occidentem vergunt, ponantur.

Hac in mappa univerſus telluris noſtræ orbis duobus circulis incluſus oſtenditur. In utriusque peripheria duo obſervantur puncta, in quibus lineæ quædam circulares concurrunt, quorum ſuperius *Polus Arcticus*, inferius, *Polus Antarcticus* dicitur. Linea, quam ab uno ad alterum Polum deſcribi poſſe cogitamus, *Axis mundi* eſt. Circa hunc motus terræ diurnus 24. horarum ſpatio perficitur. Ab utroque Polo æqualiter diſtat linea recta utrumque hæmiſphæriorum tranſiens, ea *Æquator* dicitur, ſive *Linea Æquinoctialis*. Hæc in 360. gradus dividitur, quorum uſus mox patebit. Duobus punctis linea circularis Æquatorem ſecat, in uno hæmiſphærio ſupra, in altero infra Æquatorem ducta, quæ *Ecliptica* audit, & motum ſolis proprium ſive annuum denotat. Eadem, ut Æquator, ratione, 360. gradibus conſtat; hi vero inter duodecim cœli ſigna ita diſtribuuntur, ut unumquodque triginta accipiat gradus. Eclipticam tangunt duo circuli Æquatori paralleli, quorum qui inter Æquatorem & Polum Arcticum deſcribitur, *Tropicus Cancri;* qui vero inter Æquatorem & Polum Antarcticum, *Tropicus Capricorni* vocatur. Diſtat uterque ab Æquatore 23½ gradus. A Polis totidem gradibus abſunt circuli duo, inter quos *Circulus Polaris Arcticus* eſt, qui eidem Polo proximior, alter *Polaris Antarcticus.*

Eosdem Polos & primum gradum Cancri & Capricorni tranſit circulus, *Colurus ſolſtitiorum* dictus: locum indicat, quo ſol, poſt diem longiſſimum, ſive ſolſtitium æſtivum, retrogredi incipit. Per eosdem Polos & primum gradum Arietis & Libræ deſcriptus eſt *Colurus Æquinoctiorum*, quoniam ſol in hiſce punctis exiſtens diem nocti æqualem facit in omnibus locis. Poſterior per Æquatorem & Colurum Solſtitiorum in 4. partes æquales, quas Quadrantes vocant, diſpeſcitur, quibus ſingulis 90. conveniunt gradus. In iſtis gradibus numeratur diſtantia loci ab Æquatore verſus Polos, quæ vocatur *Latitudo loci.* Quod ut minori perficiatur opera, per decimum quemque gradum circulus Æquatori parallelus ductus eſt. In ipſo vero Æquatore numerantur gradus Longitudinis ab Occidente verſus Orientem, qua de re hic quoque circuli per Polos & decimum quemque Æquatoris gradum ducti adparent. Qui primum Æquatoris gradum ſecat, *Primus Meridianus*, reliqui ſimpliciter *Meridiani* nominantur. *Longitudo* itaque *loci* eſt ejus diſtantia a primo Æquatoris gradu, ſive Primo Meridiano, ab Occidente verſus Orientem.

Porro in Planiglobio deprehendimus terram & aquam Terra plerumque in 4. partes majores dividitur, *Europam* nempe, *Aſiam*, *Africam* & *Americam.* Poſtrema anno Chriſti 1492. à Chriſtophoro Columbo Italo inventa, novi vulgo orbis nomine venit. Aquarum ſeu Oceani Europam, Aſiam & Africam circumfluentis, habita ad plagas mundi cardinales ratione, partes numerantur quatuor: qui oram Europæ & Aſiæ borealem adluit, *Oceanus Septentrionalis* ſive *Mare glaciale* vocatur; qui Europæ & Africæ littus occidentale ſtringit, *Oceanus Occidentalis* ſ. *Atlanticus*, qui infra Africam,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cam, *Oceanus Meridionalis* ſ. *Æthiopicus*, & qui Aſiam verſus Orientem circumfluit, *Oceanus Orientalis* ſ. *Indicus*. Poſt Americæ inventionem Hiſpani aquas, quæ Europam inter, Africam & Americam interjacent, *Mare Septentrionale* (*Mar del Nort*) quæ inter Aſiam & Americam, *Mare Pacificum* ſ. *Meridionale* (*Mar del Zur*) & quæ infra Americam, *Mare Magellanicum* nominavere. Diviſionum ſpecialiorum infra fiet mentio.

EUROPA.

Europa, majorum telluris partium minima, Septentrionem verſus ſita eſt. In finibus Moſcoviæ orientalibus cum Aſia cohæret, a qua Obius & Wolga fluvii eam ſejungunt, reliquam aquæ circumfluunt. Ad Orientem eſt Mare nigrum & Archipelagus; ad Meridiem Mare Mediterraneum; verſus Occidentem Mare Atlanticum; verſus Septentrionem Mare glaciale.

Complectitur Europa XVI. Regna & provincias, quæ ſunt: I. Portugallia ſ. Luſitania II. Hiſpania. III. Gallia. IV. Italia. V. Anglia, Scotia & Hibernia VI. Belgium. VII. Helvetia. VIII. Germania. IX. Dania. X. Norvegia. XI. Suecia. XII. Ruſſia ſ. Moſcovia. XIII. Polonia. XIV. Boruſſia. XV. Hungaria. XVI. Turcia Europæa.

PORTUGALLIA ſ. LUSITANIA.

Portugallia, extremum Europæ regnum, Orientem verſus & Septentrionem conterminam habet Hiſpaniam, littus meridionale & occidentale adluit Mare Atlanticum.

Notabiliora ejus flumina ſunt: I. *Anas* (*Guadiana*) in parte infima. II. *Tagus*, in medio. III. *Munda* (*Mondego*) ſupra Tagum. IV. *Durius* (*Douro*) V. *Minius* (*Minho*) in finibus ſeptentrionalibus.

Portugallia conſtat VI. provinciis, quarum infima &

I. *Algarbia*, olim regni nomine ſuperbiens. Urbes ejus ſunt: *Tavila* (*Tavira*) caput provinciæ, & *Pharus* (*Faro*) portus habent. *Silvæ* (*Silves*) præcipua olim urbs. *Promontorium S. Vincentii* (*Capo S. Vincent*) extremum Europæ promontorium cum portu: *Sagræ* (*Sagres*)

II. *Transtagana* (*Alentejo*) Tagum inter & Anatem; in hac ſunt: *Ebora*, metropolis, poſt Lisbonam optima totius regni putatur. *Pax Julia* (*Beja*) urbs magna & bene munita. *Elvæ* (*Elvas*) *Oliventia*, *Villa vicioſa & Portus alacris* (*Portalegre*) loca munita in finibus Hiſpaniæ.

III. *Extremadura*, ad utrumque Tagi litus: *Lisbona* ſ. *Olyſippo*, caput regni & ſedes Regis, magnitudine & portu admodum commodo celebris. *Leiria*, Epiſcopum habet. *Setubal* (*S. Hubes*) portu & ſalinis nota eſt.

IV. *Beira*, in qua notantur: *Conimbrica* (*Coimbra*) Academia floret longe celeberrima. *Salva terra* & *Caſtellum album* (*Caſtelbranco*) urbes munitæ in finibus Hiſpaniæ.

V. *Interamnenſis* (*Entre Minho e Douro*) inter Minium & Durium, *Portus Calæ* (*Porto ſ. Port a Port*) emporium & portus famigeratiſſimus. *Bracara* (*Braga*) cujus Archiepiſcopus Primas regni eſt. *Viana* urbs portu inſtructa.

VI. *Transmontana* (*Tralosmontes*) hic ſunt: *Brigantia* (*Braganza*) ex qua originem ducit domus regia nunc imperans. *Miranda Durii*, Hiſpanis vicina & bene munita. *Aqua Flavia* (*Chiaves ſ. Chaves*) præcipua hujus provinciæ urbs.

Nimius hujus regni æſtus Zephyris temperatur. Multis abundat fructibus: agri cultura montium jugis & navigationibus Indicis impeditur. Univerſum Portugalliæ regnum magno fervore Romano-Catholicam profitetur Religionem. Regis imperium nullos quidem agnoſcit limites; attamen in quibusdam caſibus legibus fundamentalibus circumſcribitur. In reliquis telluris partibus Luſitani ampliſſimas tenent provincias. E commerciis ingentes redeunt divitiæ.

HISPANIA.

Fines Hiſpaniæ occidentales ſunt Portugallia & mare Atlanticum, ſeptentrionales mare Cantabricum, orientales Gallia, vel potius montes Pyrenæi, & meridionales mare Mediterraneum.

Præter Anatem, Tagum & Durium fluvios, quorum ſupra jam facta eſt mentio, hic porro notantur: I. *Iberus* (*Ebro*) a Septentrione verſus Meridiem in mare Mediterraneum defluens. II. *Bætis* (*Guadalquivir*) committitur mari Atlantico.

Provinciæ hujus regni ſunt XIV. quarum tres ſpectant Septentrionem I. *Gallæcia*, ſupra Luſitaniam, in hac notantur: *Compoſtella* (*Santjago*) urbs magnitudine & peregrinationibus religioſis ad ſepulchrum Apoſtoli Iacobi admodum celebris. *Bajona* & *Vigum* (*Vigos*) portus ſunt ad mare Atlanticum. *Promontorium Artabrum* (*Capo de Finis terre*) *Coronium* (*Corunna*) & *Ferolium* (*Ferrol*) portus ad mare Cantabricum. *Tuda* (*Tuy*) in finibus Luſitaniæ.

II. *Aſturia*; *Ovietum* (*Oviedo*) primaria hujus provinciæ urbs. *Fanum S. Andreæ* (*S. Andero*) Portus non incelebris. Maximus natu Regis Hiſpaniæ filius ab hac provincia Princeps Aſturiæ cognominatur.

III. *Biſcaja*, in hac ſunt: *Bellum vadum* (*Bilbao*) emporium ampliſſimum. *Sebaſtianopolis*, *Portus Paſſagius* (*Paſſage*) & *Fons rapidus* (*Fuentarabia*) urbes Gallis vicinæ, portubus & munitionibus ſuis notæ. *Vidaſſus* (*Bidaſſoa*) fluvius, quem terminum Hiſpaniam inter ac Galliam eſſe conſtat. In hoc eſt *inſula Phaſianorum*, ubi anno 1659. pax inita eſt Pyrenæa.

Verſus Orientem ſitæ ſunt tres:

I. *Navarra* ſ. Navarra ſuperior, cujus urbes notatu dignæ ſunt: *Pompejopolis* (*Pampelona*) metropolis. *Tudela* præſtare Pompejopolim fertur. *Rocida vallis* (*Ronceval ſ. Roncevaux*) ſumma montium Pyrenæorum juga, in cujus faucibus ad vicum Burguet dictum famoſus fabulis Rolandus interiiſſe dicitur.

II. *Arragonia*: *Cæſarauguſta* (*Saragoſſa*) ſplendida provinciæ metropolis. *Oſca* (*Hueſca*) *Taraſona*, *Barbaſtrum* (*Balbaſtro*) & *Jacca*, Epiſcoporum ſedes.

III. *Cata-*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

III. *Catalonia: Barcino* (*Barcellona*) caput provinciæ munitionibus & mercatura longe celeberrimum. *Tarraco* (*Tarragona*) Romanorum temporibus totius Hiſpaniæ metropolis. *Dertoſa* (*Tortoſa*) & *Ilerda* (*Lerida*) urbes munitæ. *Gerunda* (*Girona*) emporium munitionibus celebre. *Rhoda* (*Roſes*) caſtellum portu inſtructum. *Promontorium Crucis. ſ. Aphrodiſium* (*Capo de Creux*) ab hoc ducta per Pyrenæos montes recta linea terminum conſtituit Hiſpaniam inter & Galliam. Verſus Orientem itidem tres jacent:

I. *Valentia*, cujus metropolis ejusdem nominis mercatura floret. *Alone* (*Alicante*) urbs cum caſtello & portu commodo. *Gandia & Segorbia* huc quoque pertinent.

II. *Murcia*: urbs caput idem habet nomen. *Carthagena*, hujus portus inter optimos refertur.

III. *Granada: Granada* metropolis, totius Hiſpaniæ maxima perhibetur, & regum olim Maurorum ſedes fuit. *Mallacca* (*Malaga*) & *Almeria*, urbes maritimæ non incelebres. Occidentem vergunt itidem tres:

I. *Andaluſia ſ. Vandalitia*, in hac præ reliquis notantur: *Hiſpalis* (*Sevilla*) magnitudine, divitiis ac pulchritudine nulli Hiſpaniæ ſecunda. *Fanum S. Luciferi* (*S. Lucar de Barrameda*) portu gaudet. *Aymontium* (*Ayamonte*) ad oſtium Anatis, locus bene munitus. *Corduba* (*Cordoua*) unde corii quoddam genus, quod ibi primum adaptatum fuit, nomen accepit. *Portus Gaditanus* (*Cadix*) in inſula ſitus, portus Hiſpaniæ omnium celeberrimus, ubi claſſes Americanæ, quæ aurum inde adportant, appelluntur. *Gibraltaria* (*Gibraltar*) ad fretum Gaditanum, urbs munitionibus & portu inſignis, ab Anglis & Batavis anno 1704. expugnata, in pace Trajectina Anglis ceſſit. Hic notari meretur fretum Europam inter & Africam, quo mare Atlanticum cum Mediterraneo connectitur.

II. *Extrematura: Pax auguſta* (*Badajoz*) munitiſſimum in finibus Portugalliæ caput. *Alcantara*, ordini equeſtri, qui nomen inde gerit, ſubjecta. *Placentia*, munitionibus inſtructa. Haud procul ab hac urbe ſitum eſt monaſterium *S. Juſti*, in quo Carolus V. poſt regni abdicationem vixit & obiit.

III. *Legio* (*Leon*) cujus metropolis ejusdem nominis magnis annumeranda. *Aſturiga* (*Aſtorga*) *Zamora & Ledeſma* loca ſunt munita. *Salamantica & Palentia* Academiis florent. *Civitas Roderici* (*Cividad Rodrigo*) ad fines tuendos munita.

In medio ſitæ ſunt duæ provinciæ: I. *Caſtella vetus*: metropolis ejus *Burgi* (*Burgos*) Archiepiſcopi ſedes eſt. *Valdoletum* (*Valladolid*) pulchritudine ac amplitudine præ reliquis conſpicua. *Segovia* caſtellum habet, in quo nonnunquam proceres, quos Regis ira premit, aſſervantur.

II. *Caſtella nova*, in iſta occurrunt: *Mantua Carpetanorum, Madritum*, regni caput & ſedes regis ædificiis ſplendidis ſuperbit. *Buen-Retiro, el Pardo & Aranjuez* loca ſunt animi recreandi cauſa exſtructa. *Scoriacum* (*Eſcurial*) monaſterium divo Laurentio ſacrum, a Philippo II. maximis ſumtibus ædificatum. *Toletum* (*Toledo*) Archiepiſcopum habet, qui Regni Primas audit. *Complutum* (*Alcala de Henares*) Academiæ celeberrimæ famam debet. *Calatrava*, ordini equeſtri, cujus primaria ſedes eſt, nomen dedit: a quibusdam inter Eſtrematuræ urbes refertur.

Regis Hiſpaniæ imperium agnoſcunt quoque inſulæ quædam haud procul in mari Mediterraneo ſitæ, hæ ſunt I. *Inſulæ Baleares, Majorca* cum metropoli ejusdem nominis, & *Minorca*, ubi notatur: *Portus Mago* (*Port Maon*) cum fortalitio munitiſſimo. Poſterior inſula Anglis paret *Pityuſæ, Yvica* cujus urbs idem habet nomen. *Formentera* non incolitur.

In Aſia & Africa pauca quædam loca poſſident Hiſpani; Americæ vero, unde non ipſis magis, quam aliis nationibus ingentes quotannis advehuntur theſauri, majorem tenent partem. Aer ob nimium ſolis æſtum non adeo ſaluber eſt. Agricolæ nobilitatem affectantes aratrum faſtidiunt, ideo ingens frumenti penuria. Quanto Religionis Romano-Catholicæ fervore flagrent Hiſpani, teſtis eſt truculentum Inquiſitionis judicium. Regis imperium ad Galliæ normam accommodatum. Maximi reditus petuntur ex America.

GALLIA.

Galliæ limites ſunt verſus Meridiem Hiſpania & mare Mediterraneum, verſus Occidentem mare Atlanticum, verſus Septentrionem Mare Britannicum & Belgium, verſus Orientem Germania, Helvetia & Italia.

Flumina Galliæ celebriora ſunt: I. *Sequana*, (*Seine*) ſupra. II. *Ligeris* (*Loire*) in medio. III. *Garumna* (*Garonne*) infra. Hi tres in mare Aquitanicum defluunt. IV. *Rhodanus* (*Rhone*) mari Mediterraneo committitur.

Dividitur Gallia in XII. Præfecturas generales (Gouvernemens) quibus accedunt provinciæ quædam bello expugnatæ.

Præfecturarum generalium tres ſitæ ſunt in medio:

I. *Inſula Franciæ.* (*Isle de France*) II. *Præfectura Aurelianenſis* (*Orleans*) III. *Præfectura Lugdunenſis* (*Lion*)

Urbes & loca notatu digniora in iis ſunt:

I. *In Inſula Franciæ: Lutetia Pariſiorum* (*Paris*) maxima & ſplendida Galliæ metropolis. *Verſalia* (*Verſailles*) locus amœniſſimus a Ludovico XIV. regiis ſumtibus exſtructus, ubi jam plerumque commoratur aula regia. *Marlia*, (*Marly*) aquæ ductus hic eſt ſpectatu digniſſimus. *Fanum S. Germani* (*S. Germain en Laye*) *Fanum S. Clodoaldi* (*S. Cloud*) *Meodunum* (*Meudon*) *Fons Bellaqueus*) *Fontainebleau*) loca, quo reges animum recreaturi nonnunquam ſecedunt. *Fanum S. Dionyſii* (*S. Denis*) Abbatia, ubi terræ mandantur reges Galliæ. *Noviodunum* (*Noyon*) patria Calvini. *Laudunum* (*Laon*) *Sueſſio* (*Soiſſons*) *Silvanectum* (*Senlis*) urbes ſunt Epiſcopales. *Clermontium* (*Clermont*) & *Nemoſium* (*Nemours*) in Genealogia occurrunt. *Bellovacum* (*Beauvais*) oppidum munitum. *Melodunum* (*Melun*) pulchrum oppidum. *Compendium* (*Compiegne*) ex hiſtoria innotuit.

II. *Præfectura Aurelianenſis* in regiones ſequentes ſubdividitur: I. *Belſia* (*Beauſſe*) in qua ſunt: *Carnutum* (*Chartres*) primaria urbs. *Vindocinum* (*Vendome*) urbs non incelebris. 2. *Ager Aurelianenſis* (*Orleanois*) in hoc: *Aurelia* (*Orleans*) inter optimas Galliæ urbes numeranda. 3. *Regio Perticenſis* (*Perche*) *Nanigantum Rotrudum* (*Noyen le Retrou*) parva regionis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

gionis metropolis. 4. *Ager Cenomanenſis* (*Le Maine*) in quo: *Cenomanum* (*Mans*) urbs Epiſcopalis. *Meduana* (*Mayenne*) oppidum non adeo amplum. 5. *Tractus Andegavenſis* (*Anjou*) *Andegavum* (*Angers*) urbs admodum pulchra cum Academia celebri. *Salmurium* (*Saumur*) celeberrima quondam Gallorum Reformatorum, quos Hugenottas vocabant, Academia. 6. *Tractus Turonenſis* (*Touraine*) in hoc: *Cæſarodunum* (*Tours*) ampliſſima urbs & ſedes Archiepiſcopalis. *Ambaſia* (*Amboiſe*) urbs admodum nota cum arce regia. 7. *Ager Bleſenſis* (*Blaiſois*) in hoc: *Bleſæ* (*Blois*) aëris ſalubritate ac fœcunditate terræ celebres. 8. *Tractus Nivernenſis* (*Nivernois*) *Nivernum* (*Nevers*) magnitudine & munitionibus inſigne. 9. *Regio Bituricenſis* (*Berry*) in hac: *Biturix* (*Bourges*) amplitudine paucis poſtponenda, Academia floret admodum celebri. 10. *Pictavia* (*Poitou*) in hac: *Pictavium* (*Poitiers*) poſt Lutetiam maxima Galliæ urbs. *Richelium* (*Richelieu*) a Purpurato hujus nominis exſtructum & munitum. 11. *Tractus Alnetenſis* (*Le Pais d' Aunis*) in quo: *Rupella* (*Rochelle*) portus quondam Hugenottarum celeberrimus & munitiſſimus. 12. *Provincia Eugoliſmenſis* (*Angoumois*) in hac: *Engoliſma* (*Angouleme*) primaria provinciæ urbs.

III. *Præfectura generalis Lugdunenſis* ſex habet partes: harum I. *Marchia Gallica* (*Marche*) 2. *Provincia Burbonnenſis* (*Bourbonnois*) in hac: *Molinum* (*Moulins*) urbs amplitudine & ædificiis conſpicua. *Burbonium Arcimbaldi* (*Bourbon l' Archambaud*) a qua ſtirps regia nunc imperans nomen accepit. 3. *Arvernia* (*Auvergne*) in hac: *Claromontium*, metropolis provinciæ. 4. *Regio Forenſis* (*Forez*) 5. *Regio Lugdunenſis* (*Lionnois*) in hac: *Lugdunum* (*Lion*) metropolis Præfecturæ totius magnitudine & mercatura celeberrima. 6. *Regio Bellojovienſis* (*Beaujeu*) *Bellojovium Beaujeu*) urbs olim inſignis.

Tres ſitæ ſunt ad mare Britannicum:

I. *Britannia minor* (*Bretagne*) in hac præ reliquis notatu dignæ ſunt: *Nannetum* (*Nantes*) ad Ligerim, ob Edictum Nannetenſe celebris urbs. *Venetiæ* (*Vannes*) Britanniæ inferioris metropolis. *Redonum* (*Rennes*) totius Præfecturæ caput. *Portus Ludovici & Orientis* duo portus notiſſimi. *Brivates* portus, (*Breſt*) tutiſſimus, optimus ac munitiſſimus Galliæ portus ad mare Aquitanicum, ubi, quæ ad naves fabricandas & inſtruendas inſerviunt, aſſervantur. *Fanum Briocenſe* (*S. Brieux*) emporium & portus. *Fanum S. Machlovii* (*S. Malo*) in inſula ſitum cum portu admodum celebri.. *Caloneſus* (*Bellisle*) & *Uxantes* (*Oueſſant*) duæ inſulæ, cum ſeptem minoribus, gallice Les ſept Isles dictis.

II. *Normandia*, in qua: *Abrinca* (*Auranches*) & *Flavia Conſtantina* (*Coutances*) urbes non incelebres. *Cæſaris burgus* (*Cherbourg*) portus monitus. *Bajocæ* (*Bajeux*) urbs Epiſcopalis. *Cadomum* (*Caen*) Normandiæ inferioris metropolis, mercatura floret. *Rothomagus* (*Rouen*) totius Præfecturæ caput & emporium celeberrimum. *Portus gratiæ* (*Havre de Grace*) & *Depa* (*Dieppe*) portus ſunt munitiſſimi. *Yvetotum* (*Yvetot*) vicus, regni nomine olim celebris. *Cæſarea* (*Jerſey*) & *Garnſeja* (*Garnſey*) duæ inſulæ Anglis ſubjectæ.

III. *Piccardia*, in hac: *Ambianum* (*Amiens*) metropolis ampla & bene munita. *Abbatis villa*, (*Abbeville*) *Bononia* (*Boulogne*) portum habet opportunum. *Caletum* (*Calais*) urbs munitiſſima cum portu optimo. *Fanum S. Quintini* (*S. Quintin*) clade Gallorum inclaruit. *Vervinium* (*Vervins*) parva urbs, ubi Galliæ ac Hiſpaniæ Reges anno 1598. pacem iniere.

Orientem verſus ſpectant itidem tres:

I. *Campania*, in qua notamus: *Remi* (*Reims*) urbs vetuſtate ac magnitudine conſpicua, cujus Archiepiſcopus Regem coronat. *Meldæ* (*Meaux*) urbs Epiſcopalis. *Catalaunum ad Matronam* (*Chalons ſur Marne*) urbs magna, in cujus campis cum Attila pugnatum fuit. *Senones* (*Sens*) emporium vetuſtate notum. *Trecæ* (*Troyes*) urbs amplitudine non minus quam pulchritudine conſpicua. *Lingones* (*Langres*) Epiſcopum habet. *Rupes regia* (*Rocroy*) urbs munita. *Sedanum*, metropolis Principatus Sedanenſes bene munita.

II. *Burgundia*, in hac: *Antiſſiodorum* (*Auxerre*) urbs Epiſcopalis. *Divio* (*Dijon*) caput Præfecturæ. *Auguſtodunum* (*Autun*) antiquitate imprimis notabile. *Ciſtercium* (*Citeaux*) prima & celeberrima Ordinis Ciſtercienſis Abbatia. *Cluniacum* (*Clugny*) præcipua hujus Ordinis Abbatia. *Cabillonum ad Ararim*, (*Chalons ſur Saone*) urbs bene munita. *Burgus* (*Bourg*) Breſſiæ metropolis, quam Sabaudiæ Duces olim tenuere. *Trevoltium* (*Trevoux*) *Principatus Dombarum* (*Dombes*) metropolis.

III. *Delphinatus*, in hac: *Vienna Allobrogum* (*Vienne*) urbs Epiſcopalis antiquitate inſignis. *Gratianopolis* (*Grenoble*) Præfecturæ caput munitum. *Domus majoris Cartuſiæ* (*la grande Chartreuſe*) antiquiſſimum & primarium monachorum Cartuſianorum monaſterium. *Valentia* (*Valence*) & *Vapincum* (*Gap*) urbes ſunt epiſcopales. *Ebredunum* (*Embrun*) in rupe ſitum, ſedes eſt Archiepiſcopi. Maximus natu Regis Galliæ filius hinc cognominatur Delphinus (*Dauphin*)

Meridiem verſus ſitæ ſunt itidem tres:

I. *Provincia*, in qua occurrunt: *Arauſio* (*Orange*) metropolis Principatus Arauſionenſis, unde Principes Arauſini, quibus olim paruerat, nomen accepere. *Avenio*, (*Avignon*) metropolis Comitatus Vindaſcini, qui Pontificem Romanum Dominum veneratur. Huc quoque pertinent: *Vaſio* (*Vaiſon*) & *Carpentoracte.* (*Carpentras*) *Arelate* (*Arles*) caput olim Regni Arelatenſis. *Maſſilia* (*Marſeille*) antiquitate, mercatura & portu celeberrima. *Telo Martius* (*Toulon*) optimus ac munitiſſimus Gallorum ad mare Mediterraneum portus. *Antipolis* (*Antibes*) portum habet bene munitum. *Forum Julii* (*Frejus*) *Vincium* (*Vence*) *Dinia* (*Digne*) *Seguſtero* (*Siſteron*) *Apta Jutia*, (*Apt*) urbes non plane omittendæ.

II. *Languedocia*, in ſuperiorem & inferiorem diſtinguitur.

In Inferiori notamus: *Vivario* (*Viviers*) *Anicium* (*le Puy*) & *Mimates* (*Mende*) ſedes Epiſcoporum. *Nemauſus* (*Nimes*) emporium celebre. *Mons Peſſulanus* (*Montpellier*) urbs magna & munita, Academiam fovet celeberrimam. *Narbo* (*Narbonne*) Languedociæ inferioris metropolis, amplitudine, incolarum copia ac munitionibus celebris.

In ſuperiori: *Toloſa* (*Touloſe*) totius Præfecturæ caput. *Fanum S. Papuli* (*S. Papoul*) & *Carcaſſum* (*Carcaſſone*) urbes epiſcopales. *Apamiæ*

(*Pæ-*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

(*Pæmiers*) præcipuus *Comitatus Foxienſis* (*Foix*) locus. *Perpinianum*, (*Perpignan*) metropolis *Comitatus Ruſcinonenſis* (*Rouſſilon*) Hiſpanis olim ſubjecti. *Elyberis* (*Coliure*) portus notiſſimus. *Mons Ludovici* (*Montlouis*) urbs a Ludovico XIV. condita & munita.

III. *Aquitania* (*Guienne*) duas habet partes, ſeptentrionalis *Guienna* dicitur in ſpecie, meridionalis *Vaſconia* (*Gaſcogne*) *Guienne* ſequentes continet provincias minores ac urbes: 1. *Provincia Rutenenſis* (*Rovergne*) in qua: *Ruteni ſ. Segedunum* (*Rodes*) & *Vabræ* (*Vabres*) urbes epiſcopales. 2. *Regio Cadurcorum* (*Quercy*) cujus primaria urbs *Cadurcum* (*Cahors*) amplitudine & Academia conſpicua eſt. *Mons Albanus* (*Montauban*) munitiſſimum quondam Hugenottarum oppidum. 3. *Regio Lemovicenſis* (*Limoſin*) in hac: *Lemovicum* (*Limoges*) & *Tutela* (*Tulle*) Epiſcopos habent. 4. *Regio Petricorienſis* (*Perigord*) *Petrocorium* (*Perigueux*) inter antiquas referenda. 5. *Regio Aginnenſis* (*Agenois*) in hac: *Aginnum* (*Agen*) urbs magna, cuius agri admodum fertiles ſunt. 6. *Ager Burdegalenſis* (*Bourdelois*) in quo: *Burdegala* (*Bourdeaux*) totius Præfecturæ caput, magnitudine, mercatura, portu & Academia ſua inſigne. *Blavia* (*Blaye*) Caſtellum munitiſſimum ad Garumnam. 7. *Santonia*, in hac: *Mediolanum Santonum* (*Saintes*) urbs epiſcopalis. *Rupes fortis* (*Rochefort*) portus recens exſtructus. Huc quoque refertur inſula *Ularius* (*Isle d' Oleron*)

Vaſconia pari ratione in regiones ſuas minores diſtinguitur, quæ ſunt: 1. *Ducatus Albretanus* (*Albret*) ex hiſtoria notus: 2. *Tractus Landarum* (*Les Landes*) in quo: *Aquæ Tarbellicæ* (*Dax ſ. Acqs*) urbs bene munita. 3. *Tractus Lapurdenſis* (*Labour*) in quo: *Bajona* (*Bayonne*) Vaſconiæ metropolis ampla & munita. *Fanum S. Johannis Luxenſis* (*S. Jean de Lux*) vicus in finibus Hiſpaniæ, qui nuptiis regiis a. 1660. inclaruit. 4. *Navarra inferior*, in qua: *Fanum S. Palladii* (*S. Palais*) parva urbs: 5. *Subola* (*Soule*) 6. *Bearnia* (*Bearn*) *Palum* (*Pau*) *Laſcarum* (*Leſcars*) & *Olerona* (*Oleron*) urbes in ea ſunt epiſcopales. 7. *Comitatus Bigerrenſis* (*Bigorre*) 8. *Comitatus Convenenſis* (*Comminges*) in quo: *Fanum S. Bertrandi* (*S. Bertrand*) Epiſcopi ſedes. 9. *Comitatus Aſtaracenſis* (*Eſtarrac.*) 10. *Ager Armeniacenſis* (*Armagnac*) in quo: *Auguſta Auſciorum* (*Aux*) urbs Archiepiſcopalis antiquiſſima. 11. *Ager Condomenſis* (*Condomois*) in quo: *Condomum* (*Condom*) & *Vaſates* (*Bazas*) epiſcoporum ſedes.

Provinciarum, quas Galliæ reges ſub poteſtatem redegerunt, duæ huc referuntur *I. Comitatus Burgundiæ. II. Ducatus Lotharingiæ.*

I. *Comitatus Burgundiæ* (*Franche Comté*) Hiſpanis vi ereptus eſt a Ludovico XIV. Fines ejus ſunt, verſus Occidentem & Meridiem Ducatus ſ. Præfectura Burgundiæ, verſus Septentrionem Campania & Lotharingia, verſus Orientem Sundgovia, Comitatus Montisbelligardus & Helvetia. Urbes præ reliquis memoratu dignæ ſunt: *Veſuntio*, (*Beſancon*) metropolis, Archiepiſcopatu & Academia ornata. *Dola* (*Dole*) olim munita.

II. *Ducatus Lotharingiæ* Germaniam inter ac Galliam media fines habet occidentales Campaniam; ſeptentrionales Ducatum Luxenburgicum & Archiepiſcopatum Trevirenſem; orientales Alſatiam, a qua montes Vogeſi ſejungunt; meridionales Comitatum Burgundiæ. Fluvii notabiliores ſunt: I. *Moſa* ad ſiniſtram. II. *Moſella* in medio. III. *Saravus* (*Saar*) ad dextram.

Tribus conſiſtit partibus. Harum I. *Ducatus Lotharingiæ* proprie dictus. II. *Ducatus Barrenſis.* III. *Epiſcopatus tres, Metenſis, Tullenſis, & Verodunenſis.* 1. *In Ducatu Lotharingico* ſpeciatim ſic dicto notantur: *Luna villa* (*Luneville*) non adeo quidem magna, urbs tamen munita, ubi Duces poſtremum commorati ſunt. *Nancejum* (*Nancy*) metropolis. *Mediovicus* (*Moyenvic*) & *Marſalum* (*Marſal*) munitæ quondam urbes. *Caſtellum Ludovici ad Saravum* (*Saarlouis*) urbs priori demum ſeculo munita. II. *In Ducatu Barrenſi: Barro ducum* (*Barleduc*) primaria urbs & *Commeriacum* (*Commercy*) haud ita amplæ ſunt. *Longovicum* (*Longvvyck*) in confiniis Luxenburgicis munitiſſimus locus. III. *In Epiſcopatibus: Meta ſ. Mediomatrices* (*Metz*) ampliſſima urbs, munitionibus ornata validiſſimis. *Tullum* (*Tull*) & *Verodunum* (*Verdun*) ſuas habent munitiones.

In tranſactione Viennenſi anni 1735. convenit, ut Duces Lotharingiæ, poſt mortem Magni Hetruriæ Ducis Coſmi III. in Magno iſto Ducatu ſuccederent; Lotharingiam vero Stanislaus Poloniæ Rex, eoque defuncto, Rex Galliæ obtineret.

In Aſia & Africa parum admodum, in America novam Franciam & inſulas quasdam poſſident Galli. Aer Galliæ ob temperiem ſaluberrimus, ſolum vini, frumenti aliorumque fructuum fertiliſſimum, equorum tamen ac metalli fodinarum inopia laborare dicitur. Poſt edicti Nannetenſis abolitionem præter Romano-Catholicam non alia toleratur Religio; latet tamen hinc inde magna Reformatorum multitudo. Regimen ad Monarchiæ regulas compoſitum non niſi Regis arbitrium agnoſcit normam. Pecuniæ ingens quotannis redit ſumma.

ITALIA.

Italia contermina eſt verſus Occidentem Galliæ, verſus Septentrionem Helvetiæ ac Germaniæ. Reliqua aquæ circumfluunt. Orientem verſus eſt Mare Adriaticum, verſus Meridiem Mediterraneum. Germaniam inter, Helvetiam, Galliam & Italiam Alpes eminent, montium altiſſimi.

Flumina Italiæ memoratu digniora ſunt: I. *Padus* (*Po*) in parte ſuperiori.

II. *Arnus* in Magno Ducatu Hetruriæ.

III. *Tiberis* in Statu Eccleſiaſtico.

In partes plerumque tres diſtinguitur Italia, ſuperiorem ſcilicet, mediam & inferiorem, quibus accedunt inſulæ circumjacentes. Pars ſuperior alias quoque *Lombardiæ* nomine venit. Efficiunt autem Lombardiam Principatus quidam & Reſpublicæ. Principatus ſunt:

I. *Sabaudia Ducatus*, in quo: *Camberium* (*Chambery*) metropolis. *Annecium* (*Annecy*) *Montmelianum* in rupe ſitum, validiſſimum quondam munimentum. *Tunonium* (*Thonon*) ad lacum Lemanum. *Monaſterium*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in Tarentaſia (*Montiers en Tarentaiſe*) *Fanum S. Johannis in Mauriana* (*S. Jean de Maurienne*) unde Sabaudiæ Duces olim Comites dicti fuere.

II. *Pedemontium* (*Piemont*) in quo: *Auguſta Salaſſiorum ſ. Prætoria* (*Aoſta*) *Maſſeranum Principatus*. *Vercellæ* (*Vercelli*) munimentum quondam validiſſimum a Gallis dirutum. *Eperoda* (*Jurea*) caſtellum habet munitum. *Seguſium* (*Suſe*) in finibus Galliæ, munitiſſimus locus. *Auguſta Taurinorum* (*Turin*) ſedes Sabaudiæ Ducis ampliſſima & pulcherrima, munitionibus circumſepta validiſſimis. *Chierium* (*Chieri*) *Mons Calerius* (*Moncalier*) & *Carincanum* (*Carignano*) urbes ſunt non omittendæ. *Pignarolium* (*Pignerol*) omnium quondam validiſſimum munimentum, jam vero plane dejectum. *Valles Waldenſium*, *Pragelana* ſcilicet, *Lucernenſis*, *S. Martini*, *Peruſiana &c. Salutia* (*Saluzzo*) urbs epiſcopalis munita. *Nicea ad Varum* (*Nizza*) in Comitatu Nicienſi & *Portus Herculis* (*Villa franca*) portus ſunt ad mare Liguſticum. *Tenda*, magna urbs in Comitatu ejusdem nominis. *Cuneum* (*Coni ſ. Cuneo*) munimentum validiſſimum, anno 1744. a Gallis & Hiſpanis fruſtra oppugnatum. *Claraſcum e Chieraſcoe* ob pacem anno 1631. ibi initam inclytum. *Aſta Pompeja* (*Aſti*) urbs magna & bene munita. *Caſtrum Delphini* (*Chateau Dauphin*) caſtellum in monte ſitum. *Onelia Ducatus* in territorio Genuenſi cum urbe ejusdem nominis ad mare ſita. *Portus Herculis Monæci* (*Monaco*) ad mare Mediterraneum ſuos habet Principes & præſidium Gallicum.

III. *Mons Ferratus* (*Montferrat*) Ducatus, in quo: *Caſale* (*Caſal*) metropolis quondam munitiſſima ad Padum. *Alba* (*Alby*) & *Aquæ Statelliæ* (*Acqui*) urbes non plane omittendæ.

Tres iſti Ducatus Sabaudiæ Ducem ſuum venerantur Dominum, qui ex inſula Sardiniæ Regis habet nomen.

IV. *Ducatus Mediolanenſis*, in hoc notantur: *Alexandria a Palea* (*Aleſſandria della Paglia*) locus admodum munitus. *Valentia* (*Valenza*) & *Mortaria* (*Mortara*) celebres ac munitæ urbes. Hæc tria loca anno 1707. ab Imperatore Duci Sabaudiæ tradita ſunt. *Novaria* munita eſt. *Anglieria* (*Anghiera*) *Viglebanum* (*Vigevano*) & *Dertona* (*Tortona*) *Comum* (*Como*) emporium magnum ad lacum Comenſem. *Modoetia* (*Monza*) ubi Germanorum quondam Imperatores diademate ornabantur Lombardico. *Mediolanum* ampliſſimum ac ſplendidiſſimum Ducatus caput. *Papia ſ. Ticinum* (*Pavia*) urbs magna. *Laus Pompeja* (*Lodi*) *Cremona* magnitudine ac munitionibus celebris. Ducatus Mediolanenſis eſt Feudum Imperii & nunc domui Auſtriacæ paret. Præter loca tamen ſupra memorata magnam ejus partem Dux Sabaudiæ obtinuit.

V. *Ducatus Parmenſis*: *Placentia* (*Piacenza*) urbs magna; Duci Sabaudiæ relicta fuit. *Parma* metropolis magna ſatis ac munita. *Florentiola*, *Burgus S. Domnini* (*Borgo di S. Donino*) & *Burgus vallis Tari* (*Borgo di Val di Tara*) parvæ ſunt urbes.

VI. *Ducatus Mantuanus*, in quo: *Mantua* metropolis in lacu ſeu palude potius ſita, adeoque munita. *Luceria* (*Luzzara*) prælio anni 1702. innotuit. *Bozulum* (*Bozzolo*) *Sabulonetta* (*Sabioneta*) *Guardiſtallum* (*Guaſtalla*) & *Caſtilio* (*Caſtiglione*) Principatus ſunt peculiares. Ducatus Mantuanus & Parmenſis itidem ſub poteſtate ſunt domus Auſtriacæ.

VII. *Ducatus Mutinenſis*, in quo: *Mutina* (*Modena*) metropolis & ſedes Ducis munita. *Regium Lepidi* (*Reggio*) magna urbs & munitionibus inſtructa. *Brixellum* (*Berſello*) parvum quidem, munitum tamen oppidum. *Novellaria*, peculiaris Principatus. Duci Mutinenſi, e domo Eſtenſi oriundo, Imperator dedit *Ducatum Mirandolanum*, in quo ſunt: *Mirandola*, quæ munita eſt, & *Concordia*. *Maſſa* & *Carraria* Principatus, ad mare Liguſticum, Genuenſem inter & Luccenſem Reſpublicas, cujus metropolis *Maſſa Carrarienſis* (*Maſſa di Carrara*.)

Reſpublicæ in ſuperiori Italiæ parte tres ſunt:

I. *Reſpublica Veneta*, cujus ampliſſimum territorium V. conſiſtit provinciis: 1. *Lombardia Veneta*, in qua: *Crema* munitus in finibus Mediolanenſium locus. *Bergomum* (*Bergamo*) magna & munita urbs Epiſcopalis. *Brixia* (*Breſcia*) amplitudine ac incolarum frequentia celebris. *Clarium* (*Chiari*) ubi anno 1701. terga vertere Galli. *Peſcaria* (*Peſchiera*) in inſula lacus Benaci (*Lago di Garda*) ſita & bene munita. *Veruca* (*la Chiuſa*) clauſtrum in finibus Tyrolenſibus. *Verona*, ampliſſima, munita ac ſpectatu digniſſima, Amphitheatro antiquioris ævi ornata. *Vicentia* (*Vicenza*) Epiſcopum habet. *Patavium* (*Padua*) antiquitate & Academia notabile. 2. *Ducatus Venetus* (*il Dogado*) in quo: *Venetiæ* ſedes & caput Reipublicæ potentiſſimum & opulentiſſimum. 3. *Marchia Tarviſina*, in qua: *Tarviſium* (*Trevigo*) metropolis munita., *Feltria* (*Feltri*) & *Bellunum* (*Belluno*) non plane negligendæ. 4. *Forojulienſe Territorium* (*il Friuli, Friaul*) in hoc: *Udina* ſedes Patriarchæ Aquileenſis. *Palma nova* locus ad regulas recentiorum validiſſime munitus. 5. *Iſtria*, in qua: *Juſtinopolis* (*Capo d' Iſtria*) metropolis. *Æmonia nova* (*Citta nova*) & *Parentium* (*Parenzo*) portus habent. *Tergeſtum* (*Trieſte*) emporium & portus munitus, nec non *Fanum S. Viti ad Flumen* (*Fiume ſ. S. Veit am Flaum*) domus Auſtriacæ ſunt.

II. *Reſpublica Genuenſis* in litore maris Liguſtici. Optima ejus loca ſunt: *Genua* caput Reipublicæ, magnitudine, ædificiorum ſplendore ac munitionibus ſuis celeberrimum. *Savo* (*Savona*) optimum poſt Genuam oppidum. *Finarium* (*Finale*) Marchionatus & portus a Genuenſibus anno 1713. emtione acquiſitus. *Spedia* (*Spezza*) portus non incognitus. *Sergianum* (*Sarzana*) oppidum bene munitum.

III. *Reſpublica Luccenſis* itidem in litore maris Liguſtici inter magnum Hetruriæ & Mutinenſem Ducatum. *Lucca* caput & unica fere Reipublicæ urbs non adeo quidem ampla, munita tamen, & incolis, a quorum induſtria plerumque cognominatur, frequentiſſima.

Mediam Italiæ partem efficiunt I. *Magnus Hetruriæ Ducatus* (*la Toſcana*) II. *Status Eccleſiaſticus* ſ. Ditio Pontificis Romani.

I. *Magnus Hetruriæ Ducatus* tres habet partes, quarum 1. *Dominium Florentinum*, in quo: *Florentia* (*Fiorenza*) ſedes Magni Ducis ad Arnum, ob magnitudinem & imprimis pulchritudinem inter præcipuas Italiæ referenda. *Aretium* (*Arezzo*) Epiſcopatu inſigne. 2. *Territorium Piſanum*, in hoc: *Piſæ*, libera quondam Reſpublica, jam ampla urbs, quæ incolarum laborat penuria. *Liburnus portus* (*Livorno*) celeberrimus Italiæ

por-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

portus, qui omnium nationum navibus patet. 3. *Territorium Senenſe*, in hoc: *Senæ* (*Siena*) ſplendore ac magnitudine celebres. Hiſpani cum territorium iſtud Magno Hetruriæ Duci venderent, ut e regno Neapolitano in Mediolanenſem Ducatum iter ipſis pateret, loca quædam in litore maris ſita retinuerunt, hæc ſunt: *Telamone, Orbitellum, Portus Herculis, & Portus S. Stephani*; dicuntur vulgo *Status Præſidii* (*lo Stato delli Preſidii*) & jam Regem Neapolitanum agnoſcunt dominum. Territorium inter Piſanum & Senenſe in litore maris eſt *Principatus Plumbinus* (*Piombino*) ad quem *Ilva* inſula, ex adverſo ſita, pertinet, excepto *Portu Ferreo* (*Porto Ferrajo*) qui Magni Hetruriæ Ducis, & *Portu Longo* (*Porto Longone*) qui Regis Neapolitani eſt. Magni Hetruriæ Duces e domo Medicea fuere. In tranſactione Viennenſi anni 1735. Lotharingiæ Dux, ut ſupra dictum, terram a majoribus acceptam cum Magno illo Ducatu permutare juſſus, defuncto paulo poſt ſine prole Coſmo III. per legatum in ditionem eum recepit.

II. *Status Eccleſiaſticus* ſequentibus conſtat provinciis: 1. *Ducatus Ferrarienſis*, in quo: *Ferraria* magna urbs, plures habere domus quam cives dicitur. *Comaclum* (*Comacchio*) locus parvus in palude ſitus adeoque munitus. 2. *Territorium Bononienſe*, in quo: *Bononia* (*Bologna*) optima poſt Romam ditionis pontificiæ urbs. 3. *Romandiola* (*la Romagna*) *Ravenna* ejus metropolis Exarchorum quondam ſedes: *Ariminum* (*Rimini*) parvum jam oppidum, olim celebre. 4. *Ducatus Urbinus*, in quo: *Urbinum* metropolis Archiepiſcopi ſedes. *Piſaurum* (*Peſaro*) ſplendida & magna urbs in litore maris Adriatici. *Senogallia* (*Sinigaglia*) portus bene munitus nundinas habet per Italiam celeberrimas. *Fanum S. Marini* (*S. Marino*) Respublica admodum parva. 5. *Marchia Anconitana*, *Ancona* metropolis in litore maris portum habet. *Lauretum* (*Loretto*) oppidum parvum, quo Religioni Catholicæ addicti ad ædes & imaginem divæ Mariæ religioſe peregrinantur. *Macera* (*Macerata*,) ſedes Legati pontificii. 6. *Ducatus Spoletanus ſ. Umbria*, cujus primarius locus *Peruſia* (*Perugia*) ad Tiberim. *Spoletum* terræ motibus pene dirutum. 7. *Regio Sabina*: *Manliana* (*Magliano*) præcipua ejus urbs. 8. *Ducatus Caſtrenſis*: *Caſtrum* Pontificis juſſu deletum. *Mons altus* (*Montalto*) metropolis. 9. *Patrimonium S. Petri*, in quo: *Urbs vetus* (*Orvieto*) in rupe ſita adeoque munita. *Viterbium* emporium celeberrimum. *Centumcellæ* (*Civita vecchia*) portus notiſſimus. *Roncilio* (*Ronciglione*) Comitatus cum parva urbe. 10. *Campania Romana*, in hac: *Roma* caput potentiſſimæ quondam Reipublicæ Romanæ, jam ſedes Pontificis Romani magnitudine ac ſplendore paucis poſtponenda, multis adhuc ſuperbit priſcæ ætatis monumentis. *Tibur* (*Tivoli*) & *Tuſculum* (*Fraſcati*) parva ſed amœniſſima oppida. *Oſtia* ad Tiberis oſtium. *Caſtrum Gandolſi* locus amœnus, ubi Pontifex Romanus nonnunquam commoratur.

Inferior Italiæ pars eſt *Regnum Neapolitanum*. Has illud habet provincias: 1. *Aprutium ulterius*, in quo: *Aquila* metropolis magna & munita. 2. *Aprutium citerius*: *Theate* (*Chieti*) & *Anxanum* (*Lanciano*) ſedes ſunt Archiepiſcoporum. 3. *Comitatus Moliſinus* (*Moleſe*) præter metropolin ejusdem nominis nil memoratu dignum continet. 4. *Terra laboris* (*Terra di Lavoro*) in hac: *Cajeta* (*Gaeta*) portus bene munitus. *Capua* parva urbs e ruinis veteris Capuæ enata. *Neapolis* caput regni Regisque ſedes, quæ magnitudine ac ſplendore paucis Europæ urbibus cedit. Haud procul diſtat *Veſuvius* mons ignivomus. E regione urbis eſt *Ænania* (*Iſchia*) inſula, in qua thermæ ſaluberrimæ inveniuntur. 5. *Principatus citerior*, in quo: *Amalphis* portus & Archiepiſcopatus. *Salernum* urbs magna & incolis frequens. 6. *Principatus ulterior*: *Beneventum*, ſedes Archiepiſcopalis amplitudine celebris, Pontifici Romano paret. *Compſa* (*Conza*) parva urbs. 7. *Ditio Capitanata*: *Nuceria* (*Luceria*) metropolis non adeo magna, Epiſcopum habet. *Manfredonia*, portus. 8. *Terra Bariana*, in qua: *Barulum* (*Barletta*) ampla urbs cum portu admodum commodo. 9. *Regio Hydruntina* (*Otranto*) in qua: *Brunduſium* (*Brindiſi*) portus olim celeberrimus, jam vero non item. *Tarentum* (*Taranto*) oppidum parvum & munitum. *Aletium* (*Lecce*) optimus regionis locus. *Hydruntum* (*Otranto*) ſitu munitum. 10. *Regio Baſilicata*, in qua: *Archerontia* (*Cirenza*) urbs parvi momenti. 11. *Calabria citerior*, in qua: *Roſcianum* (*Roſſano*) urbs parva in rupe ſita. *Conſentia* (*Coſenza*) metropolis. 12. *Calabria ulterior*, in hac: *Catacium* (*Catanzaro*) inter optimas Calabriæ habetur. *Reggium* (*Reggio*) ad fretum Siculum, amplitudine & incolarum multitudine conſpicuum. Regnum iſtud Philippi V. Hiſpaniæ Regis e conjuge ſuperſtite filius natu maximus anno 1735. adeptus eſt

Ad Italiam quoque pertinent inſulæ maris Mediterranei ſequentes:

I. SICILIA. Maxima earum in tres dividitur provincias, quæ ſunt: 1. *Vallis Demonæ* (*Val di Demona*) in quo: *Meſſana* (*Meſſina*) caput inſulæ magnum & pulcherrimum cum portu ampliſſimo. *Mylæ* (*Milazzo*) portus munitiſſimus. *Catana* (*Catanea*) terræ motibus pene diruta. *Ætna* (*Monte Gibello*) famoſiſſimus ille mons ignes evomens: 2. *Vallis Netinæ* (*Val di Noto*) ad dextram infra, in hac: *Netum* (*Noto*) in rupe ſitum, magnum quondam & munitum. *Syracuſæ*, ſedes antiquorum Siciliæ Regum celeberrima, jam tempore & terræ motibus pene vaſtata. 3. *Vallis Mazaræ* (*Val di Mazara*) in hac: *Panormus* (*Palermo*) emporium ampliſſimum & munitiſſimum, cum portu & Archiepiſcopatu.

MELITA. Infra Siciliam ſita eſt (*Maltha*) quam Carolus V. Imperator anno 1529. Equitibus divi Joannis Rhodo a Turcis expulſis dedit. Metropolis ejus eſt *Valletta*, munitiſſimum oppidum, ubi magnus Ordinis Magiſter commoratur.

II. SARDINIA verſus dextram: *Calaris* (*Cagliari*) metropolis ſatis ampla portum habet. *Arborea* (*Oriſtagni*) in litore occidentali. Hæc inſula ſub poteſtate Ducis Sabaudiæ eſt, qui regio nomine & honoribus inde fruitur.

III. CORSICA ſupra Sardiniam, itidem Regnum, in hoc: *Baſtia* metropolis benemunita & portu inſtructa. *Ajacium* (*Ajazzo*) & *Bonifacium* itidem portus ſunt. Corſicam adhuc tenuere Genuenſes. Incolæ quidem pluribus abhinc annis jugum Genuenſium, ut ipſis videbatur, duriſſimum excutere armis conniſi ſunt; jam vero, reconciliatis utrinque animis, ad officium rediiſſe dicuntur.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Italia ob fertilitatem inſignem Paradiſus Europæ vulgo audit. Attamen terræ motibus haud raro miſere affligitur, & æſtus ſolis nimis intenſus extraneis vix tolerandus. Univerſa Religionem profitetur Romano - Catholicam. Regimen, ſi Reſpublicas excipias, ad Monarchiæ regulas compoſitum.

INSULÆ BRITANNICÆ.

Inſularum Britannicarum duæ ſunt: *Britannia magna & Hibernia.* Magna Britannia duobus conſtat regnis Anglia, quæ eſt pars inſulæ meridionalis, & Scotia, quæ eſt pars ſeptentrionalis.

ANGLIA.

Cohæret verſus Septentrionem Scotiæ, verſus Orientem alluit Mare Germanicum, verſus Meridiem Mare Britannicum, verſus Occidentem Mare Hibernum.

Maximi Angliæ fluvii ſunt: I. *Thameſis* (*Thames*) ab Occidente verſus Orientem defluit in mare Germanicum. II. *Sabrina* (*Severne*) ad ſiniſtram a Septentrione verſus Occidentem in mare Hibernum. III. *Trenta* in parte ſuperiori ad dextram.

Diſtinguitur in Angliam in ſpecie ſic dictam, & Ducatum Walliæ (*Walles*)

Angliæ in ſpecie ſic dictæ ſeptem ſunt provinciæ 1. *Cantium* (*Kent*) 2. *Saxonia Auſtralis* (*Suſſex*) 3. *Saxonia occidentalis.* (*Weſtſex*) 4. *Saxonia orientalis* (*Eſſex*) 5. *Anglia Orientalis* (*Eaſtangeln*) 6. *Mercia* 7. *Northumbria* (*Northumberland*) Plurimæ harum provinciarum in *Comitatus* (*Shyres*) ſubdiſtinguuntur, iidemque ab urbibus plerumque primariis denominantur. Loca præcipua ſunt.

I. *In Cantio* (*Kent*): *Dubris* (*Dover*) & *Sandovicum ſ. Rhutupiæ* (*Sandvvich*) portus ſunt admodum celebres in litore maris Brittannici. *Cantuaria* (*Canterbury*) urbs antiqua & ſplendida, cujus Archiepiſcopus Angliæ Primas eſt. *Roffa* (*Rocheſter*) urbs Epiſcopalis. *Graveſanda*, portus & emporium ad Thameſin.

II. *In Saxonia Auſtrali: Ciceſtria* (*Chicheſter*) oppidum pulchrum cum Epiſcopatu. *Oppidum regium* (*Kingſtone*) ad Thameſin locus amœnus, quo domus reg a non nunquam divertit.

III. *In Saxonia occidentali: Portus magnus* (*Portsmouth*) & *Spithent*, urbes & portus admodum celebres. *Vectis* (*Wicht*) parva inſula, in qua: *Novus portus* (*Nevvport*) *S. Helena*, *Hantonia auſtralis* (*Southampton*) portus ſunt notiſſimi. *Vintonia* (*Wincheſter*) & *Salisburia* (*Salisbury*) urbes Epiſcopales. *Windléſora* (*Windſor*) oppidum cum arce regia. *Bathonia* (*Bathe*) ob thermas ſuas celebris. *Briſtolia* (*Briſtol*) magnitudine, pulchritudine, mercatura & portu celeberrima. *Vindelis* (*Portland*) peninſula. *Vimutium* (*Weymouth*) & *Plimuthum* (*Plymouth*) portus ſunt notatu digniſſimi. *Exonia* (*Exceſter*) urbs epiſcopalis magna. Occidentem verſus ſunt inſulæ *Silures*, quarum maxima eſt S. Mariæ.

IV. *In Saxonia orientali: Londinum* caput regni amplitudine, incolarum copia & mercatura nulli Europæ ſecunda. *Kenſingtonia & Hamptoni curia* (*Hamptoncourt*) arces regiæ animi recreandi cauſa exſtructæ. *Colceſtria* (*Cholcheſter*) epiſcopum habet.

V. *In Anglia orientali: Cantabrigia* (*Cambridge*) urbs ſpecioſa, quæ Academia imprimis floret antiquiſſima & celeberrima. *Gippevicum* (*Ipsvvich*) portus. *Nordovicum* (*Nordvvich*) incolarum lanæ texturam exercentium copia celebris urbs.

VI. *In Mercia: Lincolnia* (*Lincoln*) urbs epiſcopalis ampla. *Hundignonia* (*Hundington*) *Bedfordia, Harfordia, Buckinghamia, Oxonium* (*Oxford*) Academiam habet celeberrimam. Haud procul hinc diſtat vicus *Wudſtochium*, ubi Marlborugius Dux in memoriam victoriæ Hochſtadienſis ſ. Bleinhemenſis arcem ſumtuoſam *Pleinheimbouſe* exſtruxit. *Gloceſtria, Monumethia* (*Monmouth*) *Herefordia, Salopia* (*Schrevvsbury*) *Ceſtria* (*Cheſter*) urbs epiſcopalis, ubi in Scotiam profecturi navem aſcendunt. *Darbia* (*Darby*) *Nottinghamum. Legeceſtria* (*Leiceſter*) *Uppinhamam. Northantonia. Varvicum* (*Warvvick*) *Vigornia* (*Worceſter*) *Staffordia.*

VII. *In Northumbria: Eboracum* (*Yorck*) magna admodum & ſplendida urbs, alterum Angliæ habet Archiepiſcopum: *Hullum* portus in litore æſtuarii Abus. *Dunelmum* (*Durham*) Epiſcopi ſedes. Novum Caſtrum (*Nevvcaſtle*) emporium cum arce munita. *Barvicum* (*Bervvick*) in finibus Scotiæ, validiſſimum Angliæ munimentum. *Carleolum* (*Carlile*) urbs epiſcopalis. *Lancaſtria* urbs magna ſatis & munita.

Ducatus Walliæ in auſtralem & borealem ſubdividitut In auſtrali ſunt: *Landava* (*Landaf*) oppidum cum Epiſcopatu. *Brechenia* (*Brecknock*) *Maridunum* (*Cærmarden*) *Penbrocum* (*Pembrock*) cum portu ampliſſimo Milfordienſi. *Menavia* (*S. David*) Epiſcopum habet. *Ceretica* (*Cardigan*) *Radnoria.* In boreali: *Mongomerium* (*Montgomery*) *Arvonia* (*Carnarvan*) *Denbighia. Flintum.* Inſulæ *Mona* (*Angleſey*) & *Menavia* (*Man*) ſupra Walliam huc quoque referuntur.

SCOTIA.

Septentrionalis Magnæ Britanniæ pars conterminam habet verſus Auſtrum Angliam; verſus Orientem eſt mare Germanicum, verſus Septentrionem mare Deucaledonium, verſus Occidentem mare Hibernum. Præcipua ejus flumina ſunt: 1. *Tavus* (*Tay*) 2. *Bodotria* (*Forth*) 3. *Glotta* (*Clyd*) Tavus Scotiam ſejungit in auſtralem & borealem.

In auſtrali hæ ſunt provinciæ & urbes: verſus Orientem: *Lodonejum* (*Lothian*) in quo: *Edenburgum* caput regni ampliſſimum cum caſtello municiſſimo. *Letha* (*Lyth*) portus eſt Edenburgi. Verſus Auſtrum: 1. *Marchia* (*Merche ſ. Mers*) 2. *Vallis ad Feſium fluvium* (*Tivedal*) 3. *Lidalia* (*Lidisdal*) 4. *Eſcia* (*Eſſdal*) 5. *Annandia* (*Annandale*) cujus metropolis idem habet nomen & mercatura potiſſimum floret. 6. *Nithia* (*Nithisdale*) 7. *Gallovidia* (*Gallovvay*)

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Verſus Occidentem: 1. *Carricta* (*Carrick*) 2. *Coila* (*Kyle*) 3. *Cuninghamia.* 4. *Renfroana* (*Renfrovv.*)

Verſus Septentrionem: 1. *Argathelia* (*Argyle*) 2. *Levinia* (*Lennox*) 3. *Menthitia* (*Mentheit*) in qua: *Dumblanum* (*Dumblain*) urbs notabilis. 4. *Straternia* (*Strathern*) in qua: *Abernethum* (*Abernethey*) ſedes quondam regum Pictorum. Hæ duæ poſtremæ a nonnullis ad Scotiam borealem referuntur. 5. *Fifa* (*Fyfe*) in hac: *Andreapolis* (*S. Andrevvs*) urbs Archiepiſcopalis ampla & munita, portu & Academia ornata.

In medio: 1. *Comitatus Sterlinenſis* (*Sterling*) 2. *Clotiana* (*Clydsdale*) in qua: *Glaſcovium Glaſcovv*) optimum Scotiæ auſtralis emporium cum Academia. 3. *Tvvedia* (*Tvvedale.*)

In Scotia boreali, verſus Auſtrum: 1. *Anguſia* (*Angus*) in qua: *Taodunum* (*Dundee*) & *Celurca* (*Montroſs*) portus habent. *Brechinium* (*Brechin*) metropolis. 2. *Perthia* (*Perth*)

Verſus Occidentem: 1. *Lochabria* (*Loquaber* 2. *Roſſia* (*Roſſe*) in qua: *Cromerus* (*Cromerty*) portus ampliſſimus ac tutiſſimus.

Verſus Septentrionem: 1. *Vallis ad Navernam* (*Strathavern*) 2. *Cathaneſia*, (*Caithnes*) in qua: *Promontorium Veruvium* (*Dyngisby*) extremum Scotiæ verſus hanc plagam. 3. *Souderlandia* (*Southerland*) in hac: *Dornocum* (*Dornock*) emporium & portus. 4. *Moravia* (*Muray*) in qua: *Innernium* (*Innerneſs*) locus munitus. 5. *Banfia* (*Banf*)

Verſus Orientem: 1. *Buchania* (*Buchan*) 2. *Marnia* (*Marr*) in qua: *Aberdonia vetus* (*Alt-Aberdeen*) urbs exigui momenti. *Aberdonia nova* (*Neu-Aberdeen*) optimum & ampliſſimum Scotiæ borealis emporium.

Verſus Septentrionem & Occidentem magnus circa Scotiam inſularum eſt numerus. Septentrionales Scotiæ proximæ dicuntur: *Orcades;* quæ longius diſtant *Schettlandicæ:* Occidentales vero *Ebudes* item *Hebrides* nominantur.

HIBERNIA Inſula eſt. Ab Anglia ſeparat mare Hibernum. Fluvii ejus primarii ſunt: 1. *Senus* (*Shannon*) ad ſiniſtram, II. *Birgus* (*Barrovv*) ad dextram.

Hibernia in quatuor diſtinguitur provincias: I. *Lagenia* verſus Orientem. II. *Connatia* verſus Occidentem. III. *Ultonia* verſus Boream. IV. *Momonia* verſus Auſtrum. Harum quælibet in Comitatus ſuos ſubdiſtinguitur.

I. *In Langenia* (*Leynſter*) ſunt: 1. *Comitatus Ludenſis* (*Louth*) in quo: *Drogeda* & *Carlingfordia* portus ſunt & emporia. 2. *Comitatus Midiæ* (*Eaſt-Meath*) 3. *Comitatus Dublinenſis* (*Dublin*) in quo: *Dublinium* (*Dublin*) caput regni ampliſſimum, Academiam habet & Archiepiſcopum. 4. *Comitatus Vicloenſis* (*Wicklovv*) 5. *Comitatus Weisfordiæ* (*Wexfort*) *Wisfordia* (*Wexfort*) metropolis portum habet commodum. 6. *Comitatus Catarlagenſis* (*Catherlagh*) 7. *Comitatus Kilchennenſis* (*Kilkenny*) *Kilchennium* (*Kilkenny*) metropolis magna & munita epiſcopi ſedes eſt. 8. *Comitatus Reginæ* (*Queens*) 9. *Comitatus Kildarienſis* (*Kildare*) 10. *Comitatus Regius* (*Kings*) 11. *Comitatus Midiæ Occidentalis* (*Weſt-Meath*) 12. *Comitatus Longfordienſis* (*Longford.*)

II. *In Connatia* (*Connaught*) 1. *Comitatus Letrimenſis* (*Letrim*) 2. *Comitatus Sligenſis* (*Slego*) 3. *Comitatus Mageonenſis* (*Mayo*) 4. *Comitatus Roſcomenſis* (*Roſcomen*) in hoc: *Athlona* urbs epiſcopalis cum arce munita. 5. *Comitatus Galvejenſis* (*Gallvvay*) *Galveja* (*Gallvvay*) primaria hujus provinciæ urbs, emporium eſt bene munitum. 6. *Comitatus Clarenſis* (*Clare*)

III. *In Ultonia* (*Ulſter*) 1. *Comitatus Dunenſis* (*Dovvne*) 2. *Comitatus Antrimenſis* (*Antrim*) in quo: *Rupes Ferguſii* (*Knockfergus* metropolis cum portu munito. 3. *Comitatus Colrauenſis* (*Colrane*) in hoc: *Londinoderia* (*Londondery*) metropolis portum habet & Epiſcopum. 4. *Comitatus Tungallenſis* (*Dunghall*) 5. *Comitatus Tyronenſis* (*Tyrone*) 6. *Comitatus Fermanaghenſis* (*Farmanagh*) 7. *Comitatus Cavanenſis* (*Cavan*) 8. *Comitatus Monaghanus* (*Monaghan*) 9. *Comitatus Armachanus* (*Armagh*) *Armacha* urbs quondam celebris, jam vero minus, Archiepiſcopum habet, qui Primas regni eſt.

IV. *In Momonia* (*Mounſter*) 1. *Comitatus Waterfordienſis* (*Waterford*) urbs ejuſdem nominis emporium eſt ampliſſimum portuque gaudet optimo. 2. *Comitatus Corcagienſis* (*Corck*) in hoc: *Corcagia* (*Cork*) & *Kinſalia* (*Kingſale*) emporia ſunt. 3. *Comitatus Kerrienſis* (*Kerry*) 4. *Comitatus Limericenſis* (*Limrick*) in quo: *Limericum* (*Limerick*) metropolis provinciæ magna & munitiſſima. 5. *Comitatus Tiperarienſis* (*Tipperary*)

Tria hæc regna eundem venerantur Regem. In Aſia & Africa caſtella quædam; in America magnas Angli tenent provincias. Multarum rerum fertiliſſima eſt Anglia; præſertim ovium lana, ſtannum aliaque magni æſtimantur. Religio ibi dominatur Reformata: attamen Pontificiorum, Judæorum, Quakerorum aliarumque ſectarum ingens deprehenditur numerus. Regis poteſtas auctoritate ſummorum Regni dicaſteriorum, quæ Parlementa vocant, coercetur. Navigationibus & mercatura per univerſum orbem terrarum diſſipatis ingentes comparantur opes.

Belgium.

Fines Belgii verſus Orientem ſunt Germania, verſus Auſtrum Gallia, verſus Occidentem & Septentrionem mare Germanicum, cujus ingens Sinus in continentem penetrans Sinus Auſtrinus vocatur.

Flumina Belgii præ reliquis memoratu digna ſunt: I. *Rhenus.* II. *Moſa.* III. *Scaldis,*

Provinciæ Belgii ſunt XVII. I. *Comitatus Arteſiæ* (*Artois*) ſupra Piccardiam. II. *Comitatus Hanoniæ*, ad dextram Arteſiæ. III. *Comitatus Namurcenſis* (*Namur*) ad dextram Hanoniæ. IV. *Ducatus Lucemburgicus* (*Luxemburg*) ad dextram, in finibus Germaniæ. V. *Ducatus Limburgicus* (*Limburg*) ſupra Lucemburgicum Ducatum. VI. *Ducatus Brabantinus* (*Brabant*) ſupra Namurcenſem & Hanoniæ Comitatum. VII. *Marchionatus Antverpienſis*, in Ducatu Brabantino. VIII. *Machlinia Dominium* (*Mecheln*) itidem in Ducatu Brabantino. IX. *Comitatus Flandriæ*, Brabantinum inter Ducatum & mare Germanicum. X *Comitatus Zelandiæ* ſupra Flandriam. XI. *Comitatus Hollandiæ* ſupra Zelandiam. XII. *Epiſcopatus*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Ultrajectinus (*Utrecht*) ad dextram Hollandiæ infra Sinum Auſtrinum. XIII. *Ducatus Geldriæ* ad dextram in finibus Germaniæ. XIV. *Comitatus Zutphaniæ*, ad dextram in finibus Cliviæ & Monaſterienſis Epiſcopatus. XV. *Tranſiſalania Dominium* ſupra Zutphaniam. XVI. *Friſia occidentalis Dominium* ſupra ad ſiniſtram. XVII. *Groeningia Dominium* ſupra ad dextram.

Univerſum Belgium ſub poteſtate quondam erat Regis Hiſpaniæ. Anno MDLXXIX. provinciæ quædam, Hiſpanorum ſævitia fere oppreſſæ, arma capere vimque vi repellere ſuſtinuerunt, reſque ducibus Arauſinis Principibus adeo proſpere geſſerunt, ut libertate poſt bellum diuturnum ac cruentum ferro vindicata, pace Weſtphalica a Rege Hiſpaniæ libera declaratæ fuerint Reſpublica. Inde duplex enatum eſt Belgium, Hiſpanicum & Fœderatum. Hiſpanicum Auſtriacæ domui tribuit pax Ultrajectina, ideoque Auſtriacum hodie vulgo cognominatur. Interim & Rex Galliæ Ludovicus XIV. ſucceſſu temporis, & Hollandiæ Reſpublica ante initam cum Hiſpanis pacem, non exiguam partem abripuere.

Antverpienſi Marchionatu & Machliniæ Dominio cum Brabantino Ducatu conjunctis Belgii Auſtriaci VIII. ſunt provinciæ, in quibus, quæ ſequuntur, memoratu digna ſunt loca:

I. *In Comitatu Arteſiæ*: *Atrebatum* (*Arras*) metropolis ampla & munitiſſima *Fanum S. Audomari* (*S. Omer*) *Aria* (*Aire*) *Bethunium* (*Bethune*) *Bapalma* (*Bapaume*) loca ſunt bene munita. Hæc tota provincia regis Galliæ eſt.

II. *In Comitatu Hannoniæ* Galliæ ſubjacent: *Ditio Cameracenſis* (*le Cambreſis*) cujus metropolis *Cameracum* (*Cambray*) amplitudine ac munitionibus celebratur, & Archiepiſcopatu ornata eſt. *Valentiana* (*Valenciennes*) ampliſſimum ac validiſſimum munimentum. *Buchanium* (*Bouchain*) *Condatum* (*Condet*) *Quercetum* (*Quesnoy*) parva at munita oppida. *Malobodium* (*Maubeuge*) & *Landrecejum* (*Landrecy*) æque munita. *Philippopolis* (*Philippeville*) in finibus Leodienſibus. *Tainiere*, *Malplaquet* & *Blaugies* pagi ſunt propè *Bavacum* (*Bavay*) ubi anno MDCCIX. ad internecionem pugnatum eſt. Auſtriæ parent: *Montes* (*Mons ſ. Bergen*) metropolis Hannoniæ magna & munita. *Athum* (*Ath*) parvum quidem, attamen munitum. *Steenkerna* pagus prælio anni MDCXCII. innotuit.

III. *In Comitatu Namurcenſi* Auſtria tenet: *Caroloregium* (*Charleroy*) urbem novam & munitam. *Namurcum* (*Namur*) metropolin magnitudine ac munitionibus inſignem. Gallia: *Carolomontium* (*Charlemont*) & *Givetum* (*Givet*) munita oppida.

IV. *In Ducatu Lucemburgico* Auſtria poſſidet: *Luceburgum* primariam Ducatus urbem munitionibus circumſeptam validiſſimis. *Chiniacum* (*Chiny*) urbem & Comitatum. Galli *Monmedium* (*Montmedy*) & *Theodonis villam* (*Thionville*) oppida munita.

V. *In Ducatu Limburgico* ad Auſtriacos pertinet: *Limburgum* metropolis. Ad Batavos: *Mons Falconis* (*Fauquemont*) & *Dalemium* (*Dalem*)

VI. Ducatus Geldriæ major quidem pars inter Belgii Fœderati provincias occurret, huc tamen referenda *Geldria ſuperior*, in qua Auſtriæ eſt: *Ruremunda*. Regis Boruſſiæ: *Geldria* metropolis munitiſſima; Batavorum: *Venloa* (*Venlo.*)

VII. *In Ducatu Brabantino* ſub poteſtate Auſtriæ ſunt: *Bruxellæ* (*Brüſſel*) metropolis ampliſſima & ſedes prætoris. *Lovanium* (*Lövven*) Academiam habet celeberrimam. *Mechlinium* (*Mecheln*) ſplendore & Archiepiſcopatu celebre. *Antverpia* emporium amplitudine inſigne. Sub Batavorum poteſtate ſunt. *Bergæ ad Zomam* (*Bergen op Zoom*) *Breda*, *Sylva Ducis* (*Bois le Duc ſ. Herzogenbuſch*) oppida magna & munitiſſima. *Gravia* (*Grave*) urbs parva & munita. *Trajectum ad Moſam* (*Maſtricht*) inter Ducatum Limburgicum & Epiſcopatum Leodienſem, validiſſimum munimentum. *Ravenſteinium* Dynaſtia & urbs ad Moſam prope Graviam Electoris Palatini eſt.

VIII. *In Comitatu Flandriæ* Regem Galliæ venerantur Dominum: *Dunquerca* (*Dünkerken*) portus in litore maris Germanici celeberrimus, cujus munitiones quondam dirutæ jam reſtitutæ ſunt. *Gravelina* (*Grevelingen*) munitum oppidum in finibus Piccardiæ. *Inſulæ* (*Lille ſ. Rüſſel*) munimentum Gallorum in Belgio validiſſimum cum caſtello æque munitiſſimo. *Duacum* (*Douay*) urbs magna & munita. Auſtriæ ſubdita ſunt: *Gandavum* (*Gent*) metropolis Flandriæ inſignis magnitudinis, caſtellum habet munitum. *Bruga* (*Brugge*) emporium quondam Belgii maximum ac celeberrimum. *Oſtenda* portus Auſtriacorum in his terris nobiliſſimus. *Ipera* (*Ypern*) *Menina* (*Menin*) *Aldenarda* (*Oudenarde*) *Tornacum* (*Tournay*) urbes munitiſſimæ. *Damum* (*Damme*) oppidum æque munitum. Belgii Fœderati ſunt *Sluſa* (*Sluis*) *Ardenburgum* (*Ardenburg*) *Iſendicum* (*Iſendyck*) *Bierſletum* (*Bierſliet*) *Agger Gandavienſis* (*Sas van Gent*) *Axella* (*Axel*) & *Hulſtum* (*Hulſt*) parva attamen munita oppida.

Belgii Fœderati VII. ſunt, quæ ſequuntur, provinciæ:

I. *Comitatus Zelandiæ* conſiſtit inſulis quibusdam: 1. *Valachria* (*Walchern*) in qua: *Middelburgum* (*Middelburg*) metropolis & emporium celebre. *Fliſſinga* portus maximi momenti. 2. *Scaldia* (*Schovven*) in qua: *Ciriczæa* (*Zirickſee*) portus & emporium. 3. *Tola* (*Tolen*) cum urbe ejusdem nominis. 4. *Bevelandia auſtralis* (*Süd-Beveland*) in hac: *Goeſa* (*Goes*) urbs primaria. 5. *Bevelandia* borealis (*Nord-Beveland.*) 7. *Duvelandia* (*Duveland*)

II. *Comitatus Hollandiæ* in auſtralem & borealem, ſ. in Hollandiam & Friſiam occidentalem diſtinguitur. In Hollandia auſtrali ſunt: *Briela* (*Briel*) in inſula *Vorna* (*Vorn*) & *Helvoetsluis* portus ſunt notiſſimi ad oſtium Moſæ. *Dordracum* (*Dordrecht*) emporium ampliſſimum e Synodo Dordracena notum. *Roterodamum* (*Roterdam*) optimum ac ditiſſimum Belgii fœderati poſt Amſtelodamum emporium. *Delphi* (*Delfft*) urbs admodum celebris. *Riſvicum* (*Ryſvvick*) arx ubi anno MDCXCVII. cum rege Galliæ pacem fecit Reſpublica fœderati Belgii ejusque ſocii. *Haga Comitum* (*Graven-Haag*) vicus ſplendiſſimus, ubi Ordinum fœderati Belgii & Principum exterorum legati commorantur. *Lugdunum Batavorum* (*Leyden*) Academiam habet celeberrimam. *Harlemum* (*Harlem*) inventione gloriatur typographiæ. *Amſtelodamum* (*Amſterdam*) metropolis Hollandiæ & empo-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

emporium hodie facile celeberrimum. *Narda* (*Nærden*) munitum oppidum. *Gouda*, *Goricbemium*, (*Gorcum*) *Viana* &c. urbes haud ignobiles. *Lævvenſteinium* ubi Moſa & Vahalis confluunt, caſtellum munitum. In Hollandia boreali: *Alcmaria* (*Alckmar*) urbs magna & munita. *Medenblica*, *Enckbuſa*, *Horna*, *Edamum*, *Monacbodamum* (*Monikedam*) urbes & portus in litore Sinus auſtrini. *Texela*, *Flevolandia*, (*Vlieland*) *Schellenga*, inſulæ ſunt ſupra Hollandiam.

III. *In Epiſcopatu Ultrajectino* notantur: *Trajectum ad Rhenum* (*Utrecht*) metropolis ampliſſima cum Academia celeberrima. Anno MDCCXIII. pax ibi cum Rege Galliæ inita eſt. *Amersfurtum* (*Amersfort*) & *Montfortium* (*Montfort*) urbes non adeo magnæ at munitæ.

IV. *Ducatus Geldriæ*, quantum ad Belgium fœderatum pertinet, III. partes ſunt: 1. *Betavia* (*Betau*) in hac: *Noviomagus* (*Niemægen*) metropolis Geldriæ ob pacem anno MDCLXXIX. ibi factam nota. *Comitatus Buranus & Culenburgicus* cum urbibus ejusdem nominis. *Caſtrum Schenkianum* (*Schenckenſchanz*) in finibus Ducatus Cliviæ locus munitiſſimus.

2. *Comitatus Zutphanienſis*, in quo: *Zutphania*, urbs pulchra. *Grola* (*Groll*) & *Dœsburgum*, oppida haud ignobilia. *Comitatus Bergenſis*. *Baronia Broncborſtana*. *Dynaſtia Anboltenſis*. *Borkelon*, (*Borkelo*) de qua cum Epiſcopo Monaſterienſi multum fuit diſceptatum.

3. *Velavia* (*Velau*) in qua: *Arnheimium* (*Arnheim*) urbs magna & munita. *Hardervicum* ad Sinum Auſtrinum, Academiam habet. *Leo* arx amœna Principis Arauſionenſis.

V. *Tranſiſalania Dominium* tribus conſiſtit partibus, quarum

1. *Salandia* (*Salland*) in qua: *Daventria* (*Deventer*) metropolis ſplendida & munita. *Campa* (*Campen*) ad Sinum Auſtrinum, & *Zuolla* (*Zwoll*) emporium magnum, munitæ ſunt. *Haſſeletum* (*Haſſelt*) oppidum haud ignobile.

2. *Tubantia* (*Twente*) nihil quod memoratu dignum eſſet, habet.

3. *Drentia* (*Drente*) in hac: *Covordia Cævorden*) munitiſſimus locus in finibus Weſtphaliæ.

VI. *Friſia occidentalis Dominium*, in quo: *Leoardia* (*Leuwarden*) Friſiæ metropolis magna ac munitiſſima, ſedes item Prætoris hæreditarii. *Franekera* Academiam fovet celeberrimam. Harlinga in litore ſinus Auſtrini, emporium. *Stavora* (*Stavern*) ſedes quondam regum Friſiorum.

VII. *Grœningia Dominium* duas habet partes 1. *Grœningia*, cujus metropolis *Grœninga* ampliſſima ac munitiſſima, Academiam habet. *Caſtrum Burtanga* (*Burtangerfort*) in finibus Friſiæ Orientalis. 2. *Umelandia* (*Omeland*) in qua: *Delfſyla* (*Delfſiel*) portus ad oſtium Amaſi (*Ems*)

Præter hæc in Africa, America & imprimis Aſia ampliſſimas Batavi cepere regiones & inſulas. Belgium fœderatum, ſi paſcua excipias, nihil fere proferre, conſtat, cuncta tamen large ſuppeditant navigationes & mercatura. Religio ibi præpollet Reformata, omnium tamen Religionum & ſectarum tolerantur aſſeclæ, dummodo pacis profanæ ſint ſtudioſi. Regimen ad Ariſtocratiæ normam compoſitum. Navigationes & mercatura, quibus gens iſta videtur nata, ſocietatis præſertim, ut vocatur, Indiæ Orientalis aromatum aliarumque mercium monopolia, opes & potentiam multo magis auxere, quam pro terræ, quam incolunt, exiguo ſpatio credere quis poſſit.

Helvetia.

Helvetiæ limites ſunt verſus Septentrionem Suevia, verſus Orientem Comitatus Tirolenſis, verſus Auſtrum Italia, & verſus Occidentem Gallia.

Fluvii primarii ſunt I. *Rhenus* II. *Arola*. III. *Rhodanus*. Duo præter hos notantur lacus I. *Lacus Bodamicus*, olim Acronius in finibus Sueviæ. II. *Lacus Lemanus* in finibus Sabaudiæ.

In Helvetia conſideranda occurrunt. I. *Reſpublica Helvetiorum*. II. *Subditi Helvetiorum*. III. *Confœderati Helvetiorum*.

Reſpublica Helvetiorum XIII. conſtat provinciis, quas illi pagos ſ. civitates (*Cantons*) vocant. Hi pagi ſecundum ordinem, quem obſervant, ſunt ſequentes: I. *Pagus Tigurinus* (*Zürch*) ad dextram inter Rhenum & lacum Tigurinum. II. *Pagus Bernenſis* (*Bern*) infra ad ſiniſtram circa Arolam. III. Pagus *Lucernenſis* (*Lucern*) in medio, ad dextram pagi Bernenſis. IV. Pagus *Uranienſis* (*Ury*) infra itidem ad dextram pagi Bernenſis. V. Pagus *Suitienſis* (*Schweitz*) inter pagum Tigurinum & Uranienſem. VI. Pagus *Silvanienſis* (*Unterwalden*) inter Bernenſem, Lucernenſem, Suitienſem & Uranienſem pagum. VII. Pagus *Tugienſis* (*Zug*) inter Tigurinum, Suitienſem & Lucernenſem pagum. VIII. Pagus *Glaronenſis* (*Glaris*) ad dextram pagi Suitienſis & Uranienſis. IX. Pagus *Baſileenſis* (*Baſel*) ſupra ad ſiniſtram. X. Pagus *Friburgenſis* (*Freyburg*) infra ad ſiniſtram a Bernenſi incluſus. XI. Pagus *Salodorenſis* (*Solothurn*) inter Bernenſem & Baſileenſem. XII. Pagus *Scaphuſienſis* (*Schafhauſen*) inter Rhenum ad ſiniſtram Lacus Bodamici. XIII. Pagus *Abbatis Cellenſis* (*Appenzell*) ad dextram infra hunc lacum. Horum pagorum cum poſtremi bello maximam partem confecto ad fœdus Helvetiorum acceſſerint; VII. priores pagi veteres dicuntur.

In hisce pagis loca ſequentia notari merentur:

I. *In pago Tigurino*: *Tigurum* (*Zürch*) metropolis maxima & munita, vix parem in Helvetia habet. *Kyburgum* caſtellum & quondam Comitatus nobiliſſimus. *Egliſovia* (*Egliſau*) ad Rhenum. *Regenſperga* oppidum cum caſtello.

II. *Pagi Bernenſis* duæ ſunt partes, Germanica, circa Arolam, & Italica ſ. *Pagus Antuatius* (*le Pais de Vaud*) ſupra lacum Lemanum. In Germanica parte ſunt: *Berna* (*Bern*) metropolis ampliſſima & pulcherrima *Thunum* (*Thun*) ad Arolam. *Arovium* (*Arau*) ubi pagi Reformati conventus ſuos habent. *Pons Arolæ* (*Bruck*) oppidum. *Habſpurgum* caſtellum & ſedes quondam Comitum Habſpurgicorum. *Campus Regis* (*Kœnigsfeld*) monaſterium in eo loco exſtructum, ubi Imperator Albertus I. occiſus eſt. In parte Italica: *Luſunum* (*Lauſanne*) prope lacum Lemanum Academiam habet celeberrimam. *Aventicum* (*Wiſſisburg*) primaria quondam Helvetiæ urbs, nunc parvum oppidum.

III. *In pago Lucernenſi*: *Lucerna* (*Lucern*) metropolis magna, Nuntii

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Pontificii ſedes. *Sempacum* (*Sempach*) oppidum, prope quod Leopoldus Auſtriæ Dux anno MCCCLXXXVI. in prælio cecidit.

IV. *In pago Uranienſi: Altorfium* (*Altorf*) primarius vicus.

V. *In pago Suitienſi: Suitia* (*Schvveiz*) itidem vicus. *Abbatia Einſidelenſis*, (*Einſideln*) monaſterium Ordinis S. Benedicti.

VI. *In pago Silvanienſi: Stantium* (*Stanz*) & *Sarna* (*Sarnen*) vici ſunt.

VII. *In pago Tugienſi: Tugium* (*Zug*) oppidum haud ignobile.

VIII. *In pago Glaronenſi: Clarona* (*Glaris*) vicus primarius.

IX. *In pago Baſileenſi: Baſilea* (*Baſel*) ad Rhenum metropolis ampliſſima & munita, Academiam habet. *Liechſtallum* (*Liechtſtall*) oppidum. *Auguſta Rauracorum* (*Augſt*) urbs quondam nobiliſſima, jam pagus.

X. *In pago Friburgenſi: Friburgum* (*Freyburg*) metropolis, in rupe ſita eſt.

XI. *In pago Salodorenſi: Salodorum* (*Solothurn*) urbs munita, ubi Regis Galliæ Legatus ad Helvetiorum Remp. commorari ſolet.

XII. *In pago Scaphuſienſi:* (*Schafhauſen*) urbs pulchra & munita.

XIII. *In pago Abbatis Cellenſis: Abbatis cella* (*Appenzell*) vicus eſt.

Subditi Helvetiorum hoc ordine notari poſſunt:

Regio Sarunetum (*Sargans*) inter pagum Glaronenſem & Remp. Griſonum VII. veteribus & Glaronenſi pago paret. In ea ſunt: *Thermæ Fabariæ* (*Pfæffers*)

Caſtra Rhætica (*Gaſter*) ſupra Sarunetum ad ſiniſtram, in quibus: *Utzenacum* (*Utznach*) primarius locus Suitienſi ac Glaronenſi ſubjacet pagis.

Ruperti villa (*Rappersvveil*) infra lacum Tigurinum, Tigurini ac Bernenſis pagi eſt.

Vallis Rhenana, (*Rheinthal*) anguſtus terræ tractus Rhenum inter & Abbatis cellenſem pagum VII. veteres, item Glaronenſem & Abbatiſcellenſem pagos agnoſcit Dominos.

Epiſcopicella (*Biſchoffszell*) oppidum Thurgoviam inter & Abbatiam Sangallenſem, in Eccleſiaſticis Religionis Reformatæ Tigurinos ſequitur.

Thurgovia (*Thurgau*) regio lacum inter Bodamicum & pagum Tigurinum, VII. veteribus & Glaronenſi pago ſubdita eſt. *Frauenfelda* primarius ejus locus eſt.

Stenium ſ. *Ganodurum* (*Stein*) ad Rhenum ſub protectione eſt Tigurinorum.

Dieſenhofa (*Dieſenhofen*) ad Rhenum a pagis Tigurino & Scaphuſienſi protegitur.

Vitodurum (*Winterthur*) in pago Tigurino, cui etiam paret.

Comitatus Badenſis (*Baden*) pagos inter Tigurinum & Bernenſem, ſub quorum & Glaronenſis poteſtate eſt. In eo ſunt: *Forum Tiberii* (*Zurzach*) vicus ob nundinas celebris. *Thermæ Helveticæ* (*Baden*) urbs antiqua, thermas habet. Anno MDCCXIV. pax ibi ſancita eſt.

Præfecturæ liberæ infra Comitatum Badenſem. Harum pars ſuperior ſ. auſtralis VII. Veteres & Glaronenſem pagum habet Dominos. In ea: *Vilmerga* pagus, ubi MDCCXII. Helvetii Reformati Pontificios gravi prælio vicere. Pars inferior ſ. borealis. Tigurino, Bernenſi & Glaronenſi paret pagis. In hac: *Mellinga & Bremgarta*, oppida. Verſus Occidentem IV. ſunt urbes cum præfecturis ſuis, quas Bernenſis & Friburgenſis pagus alternis vicibus per prætores gubernant. Hæ ſunt: *Muratum* (*Murten*) ad lacum ejusdem nominis, ob victoriam Helvetiorum MCCCCLXXV. adverſus Burgundiæ Ducem Carolum celebre. *Granſonium* (*Granſon*) in litore Occidentali lacus. Neoburgici, ejusdem Ducis clade anni MCCCCLXXVI. notabile. *Urba* (*Orbe*) *Schvvarzenburgum.*

Præfecturæ Italicæ ſ. Transalpinæ: *Luganum* (*Lugano*) *Locarnum* (*Locarno*) *Mendriſia* (*Mendriſio*) & *Vallis Madia* (*Val Maggio*) univerſæ Reip. ſubjacent, excepto Abbatiscellenſi pago. Sitæ ſunt in finibus Italiæ. Supra has ad dextram aliæ III. ſunt præfecturæ: *Bilitionum* (*Bellenz*) *Riviera & Vallis Brunia* (*Val Brenna*) hæ ſub poteſtate ſunt pagorum Uranienſis, Suitienſis & Silvanienſis.

Confœderati Helvetiorum ſunt:

I. *Reſpublica Rhætorum* ſ. *Griſonum.* Fines ejus ſunt verſus Orientem Comitatus Tirolenſis, verſus Occidentem Pagus Uranienſis, verſus Auſtrum Italia, verſus Septentrionem Pagus Glaronenſis, Sarunetum & Pagus Suitienſis.

Conſiſtit vero Reſpublica iſta tribus partibus, quas illi Fœdera vocant, horum 1. *Fœdus X. Jurisdictionum*, ſupra, in quo: *Vicus Antuatius* (*Davos*) & *Majævilla* (*Meyenſeld*) optimi vici. 2. *Fœdus domus Dei*, infra ad dextram, in hoc: *Curia Rhætorum* (*Chur*) primaria urbs Reipublicæ Epiſcopum habet, qui Princeps Imperii Germanici eſt. 3. *Fœdus canum* ad ſiniſtram, in quo: *Ilantium* (*Ilanz*) vicus præcipuus. *Diſentinum* (*Diſentis*) Monaſterium.

Rhœti quoque ſuos habent ſubditos in finibus Italiæ, hi ſunt: I. *Comitatus Clavennenſis*, in quo: *Clavena* (*Cleven*) metropolis. *Plurſium* (*Plurs*) vicus erat pulcherrimus, anno MDCXVIII. vero a monte corruente obrutus eſt. 2. *Vallis Tellina* (*Veltlin*) magna terræ fertilitate nota, in qua: *Morbonium* (*Morbegno*) locus primarius. 3. *Comitatus Bormienſis* (*Bormio ſ. Worms*) cujus metropolis idem habet nomen.

II. *Abbas monaſterii S. Galli* Ordinis S. Benedicti in oppido S. Galli (St. Gallen) ſupra pagum Glaronenſem. Abbas iſte inter Principes Imperii locum habet. Præter alia ditionis ejus eſt *Comitatus Toggenburgicus.* Sedes eſt *Weyla* (*Wyl.*)

III. *Oppidum S. Galli* (*St. Gallen*) Religionis Reformatæ, mercatura floret.

IV. *Regio Biennenſis* (*Biel*) inter Epiſcopatum Baſileenſem & pagos Salodorenſem & Bernenſem. *Bienna* (*Biel*) oppidum ad lacum Biennenſem ſita eſt.

V. *Principatus Neocomenſis* infra Biennam ad lacum Neocomenſem, Regem Boruſſiæ quidem veneratur Dominum, ſuis tamen fruitur privilegiis & immunitatibus. *Neocomum* (*Neufchatel* ſ. *Neuburg*) metropolis eſt.

VI. *Geneva* (*Geneve* ſ. *Genf*) libera quondam civitas Impe ialis, jam vero Reſpublica libera in litore lacus Lemani, magnitudine, m nitionibus & mercatura illuſtris, Academiam fovet longe celeberrimam.

VII. *Valle-*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

VII. *Valleſia* (*Waliſer Land*) infra Pagum Bernenſem, a fontibus Rhodani ad lacum usque Lemanum. *Sedunum* (*Sitten* ſ. *Sion*) metropolis Epiſcopi ſedes eſt, cujus auctoritas plurimum valet.

VIII. *Mühlhauſa* in Sundgovia, civitas quondam imperialis.

Helvetia ſummum Europæ jugum plerumque habetur. Montes ibi altiſſimi. Hinc paſcua pecorum optima; frumenti vero, pro hominum multitudine, non ſatis. Præter Romano-Catholicam & Reformatam Religionem nulla alia toleratur. Quilibet pagus eſt Reſpublica. De negotiis publicis in Comitiis conſulitur.

GERMANIA.

Germaniæ fines occidentales ſunt Gallia & Belgium, auſtrales Helvetia, Italia, orientales Hungaria & Polonia, boreales mare Balthicum, Dania & mare Germanicum.

Fluvii primarii VI. plerumque putantur:

I. *Danubius*, e Principatu Fürſtenbergico, ubi fontes ejus, ab Occidente verſus Orientem per Germaniam & Hungariam in mare nigrum defluit.

II. *Rhenus* in terra Griſonum exoriens, in finibus fere Germaniæ occidentalibus verſus Belgium decurrens, in varios diffunditur alveos.

III. *Moenus* e monte pinifero promanans per Franconiam defluit, & immiſcetur apud Moguntiam Rheno.

IV. *Viſurgis* nomen accipit a confluentibus fluviis Fulda & Werra prope Mundam in Electoratu Hanoverano, & effundit aquas ſuas in mare Germanicum.

V. *Albis* in montibus Sudetis Bohemiam inter ac Sileſiam originem habet, & per Bohemiam, Saxoniam ſuperiorem & inferiorem committitur mari Germanico.

VI. *Viadrus* a finibus Moraviæ per Sileſiam, Marchiam Brandenburgicam & Pomeraniæ Ducatum decurrens, conjungitur mari Balthico.

In diviſione Germaniæ vel fluminum, vel provinciarum, vel denique circulorum habetur ratio. Nobis poſtrema præ reliquis videtur idonea. Conſtitit Germania quondam X. circulis, Burgundico autem abrepto, IX. qui ſuperſunt, hoc pertractabuntur Ordine I. *Circulus Auſtriacus*. II. *Bavaricus*. III. *Suevicus*. IV. *Franconicus*. V. *Rhenanus ſuperior*. VI. *Rhenanus inferior*. VII. *Weſtphalicus*. VIII. *Saxonicus inferior*. IX. *Saxonicus ſuperior*. His accedit *Regnum Bohemia* cum provinciis eidem conjunctis *Moravia*, *Sileſia* & *Luſatia*.

I. CIRCULUS AUSTRIACUS ſita eſt infra ad dextram in finibus Hungariæ. Provinciæ ejus ſunt ſequentes:

I. *Archiducatus Auſtriæ*. Diſtinguitur in ſuperiorem & inferiorem, ſ. in Auſtriam ſupra Anaſum & infra Anaſum (Ens) *In Auſtria ſuperiori* ſunt: *Lintium* (*Lintz*) metropolis pulchra ad Danubium. *Aniſia* (*Ens*) *Styra* (*Steyr*) *Gemunda* (*Gmünd*) *Welſium* ſ. *Quilabis* (*Wels*) *Eferdinga* (*Eferdingen*) oppida. *In inferiori*: *Melicium* (*Mölk*) oppidum & monaſterium Ordinis S. Benedicti. *Fanum S. Hippolyti* (*S. Poelten*) urbs & Collegium Canonicorum regularium D. Auguſtini. *Gotvicum* (*Gottvvich* ſ. *Kettvvein*) monaſterium Ordinis S. Benedicti. *Cremeſia* (*Krems*) oppidum ad Danubium. *Korneuburgum* (*Korn-Neuburg*) urbs munita. *Clauſtrum Neoburgicum* (*Kloſter-Neuburg*) Epiſcopum habet. *Vienna* ſ. *Vindobona* (*Wien*) metropolis Auſtriæ ampliſſima & munitiſſima, & ſedes Imperatorum Auſtriacorum, Archiepiſcopum habet & Academiam. *Fons pulcher* (*Schoenbrunn*) *Laxenburgum* & *Ebersdorffium*, arces amoenæ prope Viennam. *Thermæ Auſtriacæ* (*Baden*) *Novoſtadium* (*Neuſtadt*) Vindobonenſe cognominatum in finibus Hungariæ.

II. *Ducatus Stiriæ*, itidem in ſuperiorem & inferiorem diſtinguitur. *In ſuperiori* notantur: *Cella Mariana* (*Marienzell*) ob peregrinationes religioſas celebris. *Seccovium* (*Seckau*) Epiſcopum habet. *In inferiori*: *Græcium* (*Grætz*) metropolis Stiriæ pulchra & munita, arcem habet in monte ſitam. *Racoſpurgum* (*Rackelſpurg*) oppidum munitum in finibus Hungariæ. *Cileja* (*Cilley*) Comitatus cum urbe ejusdem nominis.

III. *Ducatus Carinthiæ* infra Stiriam. In hoc: *Clangenfurtum* metropolis non adeo magna. *Fanum S. Andreæ* ſ. *Lavantum* (*S. Andreæ it. Lavant*) & *Gurcum* (*Gurck*) urbes epiſcopales. *Villacum* (*Villach*) *Feldkircka* & *Wolfsberga* Epiſcopi ſunt Bambergenſis.

IV. *Ducatus Carniolæ* quatuor ſunt partes: *Carniola ſuperior*, in qua: *Labacum* (*Laybach*) metropolis Carniolæ, & *Crainburgum*. *Carniola inferior*, in qua: *Rudolphvverta* (*Rudolphsvverth*) a Rudolpho IV. Duce Auſtriæ condita. *Carniola media*, ſ. *Marchia Windorum* (*Windiſche Marck*) in qua: *Metlinga*, & celebris ille *lacus Circonienſis* (*Czircknizer See*) *Carniola interior*, in hac: *Comitatus Goeritienſis* (*Goertz*) & *Comitatus Gradiſcenſis* (*Gradiſca*) principali dignitate ornati ſunt. Tergeſti (Trieſte) & Fani S. Viti ad flumen (St. Veit am Flaum) ſupra facta eſt mentio.

V. *Comitatus Tirolenſis* (*Tyrol*) principali dignitate prædita, Italiæ proxima eſt.

In eo notantur: (*Kuffſteinium* (*Kuffſtein*) munitiſſimum oppidum in finibus Bavariæ, arcem habet æque munitam. *Scarbia* (*Scharniz*) locus munitus. *Rothenburga* & *Sebatum* (*Schvvatz*) metalli fodinas habent. *Halæ ad Oenum* (*Hall*) ſalinis ſuis celebres. *Merania* (*Meran*) ſedes quondam dominorum hujus Comitatus. Haud procul hinc eſt *Tirolis* (*Tyrol*) arx in monte, quæ regioni nomen dedit. *Oenipons* (*Inſpruck*) metropolis magna, arcem habet & Academiam. *Ombras* ſ. *Ambras* arx magnifice exſtructa in monte. *Brixinum* (*Brixen*) urbs & Epiſcopatus. *Bocenum* (*Botzen*) emporium admodum celebre. *Tridentum* (*Trient*) ob Concilium ibi habitum inſigne. *Ehrenberga* in finibus Sueviæ. Univerſus iſte Circulus ſub poteſtate Domus Auſtriacæ, & Religionem profitetur Romano-Catholicam.

II. CIRCULUS BAVARICUS cohæret cum Circulis Auſtriaco, Suevico, Franconico & regno Bohemiæ. Provinciæ ejus ſunt ſequentes:

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

I. *Archiepiſcopatus Salisburgenſis* infra in finibus Auſtriæ, in hoc: *Salisburgum* ſ. *Juvavia* (*Saltzburg*) metropolis magna, ſplendida ac munita.

II. *Præpoſitura Berchtolgadenſis* cujus primarius locus *Berchtolsgadum* vicus eſt amplus. Præpoſitus eſt Princeps Imperii.

III. *Ducatus Bavariæ* in ſuperiorem & inferiorem diſtinguitur. *Superior* in finibus Sueviæ, Comitatus Tirolenſis & Archiepiſcopatus Salisburgenſis eſt. *Inferior* complectitur, quæ circa Danubium ad regnum usque Bohemiæ jacent. *In ſuperiore* ſunt: *Monachium* (*Munchen*) metropolis pulcherrima ac munita ad Iſaram cum arce Electoris, nunc Imperatoris, ſplendidiſſima. *Nymphenburgum* & *Schleishemium* arces amœnæ prope Monachium itidem ſplendidiſſimæ. *Ingolſtadium* ad Danubium munimentum validiſſimum, Academiam habet. *Donaverda* (*Donauvverth*) civitas quondam imperialis Sueviæ. Prope hanc eſt mons ille notiſſimus Schellenberg dictus. *Landsberga, Friedeberga, Waſſerburgum* &c. oppida ſunt non adeo magna. *Oettinga vetus* (*Alt-Oettingen*) ob peregrinationes ad imaginem B. Virginis Mariæ miraculoſam celebris. *Burckhuſium*, (*Burckhauſen*) urbs pulchra & magna, ubi ſecundum Ducatus regimen. *Brundunum* (*Braunau*) munitum oppidum. *Schardinga* ad Oenum in finibus Auſtriæ æque munita. *In Bavaria inferiori*: *Landshutum* (*Landshut*) urbs pulcherrima cum arce Electorali. Tertium hic eſt Ducatus regimen. *Straubinga* (*Straubingen*) ad Danubium, ubi quartum Ducatus regimen. *Cambum* (*Cham*) urbs & Comitatus in finibus Palatinatus ſuperioris.

IV. *Epiſcopatus Friſingenſis* ad Iſaram in Ducatu Bavariæ: *Friſinga* (*Freiſingen*) in colle ſita admodum pulchra eſt. Ad hunc Epiſcopatum pertinet *Comitatus Werdenfelſenſis* in finibus Tirolenſibus.

V. *Ducatus Palatino-Neoburgicus.* Is ſitus eſt partim verſus Occidentem ad Danubium, partim verſus ſeptentrionem, in eo ſunt: *Neuburgum* (*Neuburg*) ad Danubium cum arce. *Hochſtadium* (*Hoechſtætt*) ubi MDCCIV. Galli cum ſociis ſuis victi terga vertere. Ducatus iſte Electoris eſt Palatini.

VI. *Palatinatus ſuperior* Bohemiam inter & Franconiam. Imperatorem, ut Electorem Bavariæ, veneratur Dominum. In hoc: *Amberga* metropolis & *Neoforum* (*Neumarck*) *Rothenberga* arx munitiſſima in territorio Norimbergenſi.

VII. *Ducatus Palatino-Solisbacenſis* in Palatinatu ſuperiori. *Solisbacum* (*Sultzbach*) eſt metropolis. Exſtinctam Electorum Palatinorum lineam Neoburgicam excepit jam linea Solisbacenſis, adeoque Ducatus iſte Electori Palatino paret.

VIII. *Landgraviatus Leuchtenbergicus* in Palatino ſuperiori Bavariæ Ducibus ſubjacet. *Leichtenberga* & *Pfreimbta* ſunt loca ejus præcipua.

IX. *Principalis Comitatus Sternſteinenſis* itidem in Palatinatu ſuperiori Principum Lobkovviziorum eſt. *Neoſtadium* (*Neuſtættle*) oppidum arcem habet.

X. *Baronatus Sulzburgenſis & Pierbaumenſis* erat Comitum Imperii Wolfſteinenſium, qui jam exſtincti ſunt.

X. *Epiſcopatus Ratisbonenſis* ad Danubium, circa urbem hujus nominis, nihil urbium poſſidet.

XII. *Ratisbona* (*Regenſpurg*) civitas Imperii magna ad Danubium Religionis Evangelicæ. Ab anno MDCLXIII. ad annum usque MDCCXLI. Comitia Imperii in hac urbe congregata fuere.

XIII. *Comitatus Ortenburgicus* prope Paſſavium, Danubium inter & Oenum. Comites Religionem ſequuntur Evangelicam.

XIV. *Epiſcopatus Paſſavienſis* ad Danubium & Oenum in finibus Auſtriæ. *Paſſavium* (*Paſſau*) metropolis magna tribus conſiſtit urbibus.

III. CIRCULUS SUEVICUS fines habet orientales Bavariam, auſtrales Comitatum Tirolenſem & Helvetiam, occidentales Rhenum, boreales Palatinatum Rheni & Franconiam. Partes ejus ſunt:

I. *Epiſcopatus Conſtantienſis* circa lacum Bodamicum, in hoc: *Mersburgum* (*Mersburg*) ad eundem lacum, ſedes Epiſcopi. *Augia dives* (*Reichenau*) Abbatia Ordinis S. Benedicti in inſula lacus Bodamici.

II. *Epiſcopatus Auguſtanus* ad Lycum: *Dillinga* (*Dillingen*) ad Danubium ſedes Epiſcopi, Academiam habet.

III. *Abbatia Campidonenſis* (*Kempten*) Ordinis S. Benedicti, circa urbem hujus nominis. Ipſa Abbatia eſt proxime ad Campodunum (Kempten.)

IV. *Præpoſitura Elvvangenſis* (*Elvvangen*) Canonicorum regularium S. Auguſtini cum urbe ejusdem nominis.

V. *Ducatus Würtenbergicus* circa Nicrum, in hoc: *Stutgardia* (*Stutgard*) metropolis & ſedes Ducum. *Ludoviciburgus* (*Ludvvigsburg*) urbs nova cum arce Ducali ſumtuoſiſſime exſtructa. *Tubinga* (*Tübingen*) ad Nicrum Academiam habet celeberrimam. *Schorndorſſium* (*Schorndorf*) urbs munita. *Tecka* (*Teck*) caſtellum montanum dirutum, ſedes quondam erat Ducum hujus nominis. *Gœpinga* (*Gœppingen*) acidulas habet ſaluberrimas. *Weiblinga* (*Waibling*) unde Gibellini dicti fuere perhibentur. *Neoſtadium ad Cocharum* (*Neuſtadt ad Kocher*) ſedes lineæ collateralis Ducum Würtenbergicorum jam exſtinctæ. *Canſtadium ſ. Caji Antonii ſtatio* (*Canſtadt*) *Calba* (*Calvv*) *Leonberga* (*Leonberg*) *Uracum* (*Aurach*) *Freudenſtadium* (*Freudenſtatt*) *Heidenheimium* (*Heidenheim*) oppida non ignobilia.

VI. *Marchionatus Badenſis* Rhenum inter & Ducatum Würtenbergicum in ſuperiorem & inferiorem diſtinguitur. *In ſuperiori ſunt*: *Badena* (*Baden*) metropolis & ſedes quondam Margraviorum lineæ Catholicæ, thermas habet. *Raſtadium* (*Raſtadt*) urbs recens condita cum arce ſplendidiſſima, ubi jam Margravii commorari ſolent. *Keblium* (*Kehl*) munimentum Imperii in inſula Rheni exſtructum. *In inferiori*: *Durlacum* (*Durlach*) metropolis & Margraviorum hujus lineæ quondam ſedes. *Carlsruh* urbs haud ita pridem exſtrui cœpta, ubi Margravius proxime defunctus commorari ſolebat. *Pfortzheimium* parvum oppidum. Ad hanc porro lineam Margraviorum Badenſium pertinent: *Dynaſtia Lahrana* (*Lohr*) *Marchionatus Hochbergicus*, (*Hochberg*) *Dynaſtiæ Badenvveilerana* (*Badenvveiler*) *Sauſenbergenſis* (*Sauſenberg*) & *Roetelenſis* (*Roeteln*) ad Rhenum.

VII. *Principatus Hohenzolleranus* (*Hohenzollern*) infra Ducatum Würtenbergicum, Danubium inter & Nicrum. In hoc ſunt: *Hechinga* (*Hechingen*)

gen) *Haigerlocha* (*Haigerloch*) *Sigmaringa* (*Sigmaringen*) ad Danubium, & *Veringa* (*Veringen.*

VIII. *Principatus Fürſtenbergicus*, in hoc: *Furſtenberga* (*Fürſtenberg*) arx montana, unde nomen regionis. *Heiligenberga* (*Heiligenberg*) *Stülinga* (*Stulingen*) & *Moeskircha* (*Moeskirchen*) ſedes Principis regnantis.

IX. *Principatus Oettinganus* (*Oettingen*) ſupra ad dextram prope Præpoſituram Elvvangenſem. *Oettinga* (*Oettingen*) metropolis. Linea Principum Evangelica, quæ dignitate principali gaudebat, exſtincta eſt.

X. Quæ Domus Auſtriaca in hoc Circulo tenet, ad Circulum Auſtriacum proprie referuntur. Sunt vero: *Marchionatus Burgaviæ* (*Burgau*) inter Auguſtam & Ulmam. *Burgavia* (*Burgau*) & *Guntzburgum* (*Güntzburg*) ſunt loca præcipua. *Præfectura provincialis Sueviæ* (*Landvogtey Schvvaben*) ad lacum Bodamicum. *Comitatus Brigantinus* (*Bregenz*) ad eundem lacum. *Comitatus Montfortenſis* (*Montfort*) in valle Rhenata. *Comitatus Feldkirchenſis* ſ. *Campus S. Petri* (*Feldkirch*) infra Comitatum Montfortenſem. *Landgraviatus Nellenburgicus* (*Nellenburg*) inter pagum Scaphuſienſem & Principatum Fürſtenbergicum. *Conſtantia* (*Coſtniz* ſ. *Coſtanz*) ad lacum Bodamicum verſus occidentem, urbs quondam Imperii libera. *Comitatus Hohenbergicus* (*Hohenberg*) ſupra Principatum Fürſtenbergicum, in ſuperiorem & inferiorem diſtinguitur. In inferiori eſt *Rotenburga* (*Rotenburg*) urbs primaria. *Villinga* (*Villingen*) clauſtrum in anguſtiis ſylvæ nigræ ſ. Martianæ. *Quatuor urbes ſylveſtres*: *Waldshutum* (*Waldshut*) *Lauffenburgum* (*Lauffenburg*) *Seckinga* (*Seckingen*) & *Rheinfelda* (*Rheinfelden*) quæ maxima & munitiſſima earum. *Briſgovia* (*Briſgau*) Rhenum inter & ſylvam nigram, in hac: *Briſacum* (*Breiſach. ſ. Alt-Breiſach*) validiſſimum quondam munimentum in ripa Rheni, jam vero munitiones dirutæ ſunt. *Friburgum* (*Freyburg*) urbs munitiſſima cum duobus caſtellis & Academia. *Heitersheimium* (*Heitersheim*) caſtellum & vicus, ubi ſedes eſt magni Magiſtri Ordinis S. Johannis in terris Germanicis. *Ortenavia* (*Ortenau*) ſupra Briſgoviam. *Dynaſtiæ Schelklingenſis* & *Ebingenſis* prope Ulmam.

XI. *Abbatiæ Imperii* dignitatis principalis ſunt XXII. nempe XVI. ſexus maſculini, & VI. ſexus ſequioris. Prioris generis ſunt: *Abbatia Elchingenſis* (*Elchingen*) prope Ulmam ad Danubium, Ordinis S. Benedicti. *Gengenbachienſis* (*Gengenbach*) ejusdem Ordinis, in civitate imperiali hujus nominis. *Marchthalenſis* (*Marchthal*) Ordinis Præmonſtratenſium, ad Danubium in Dynaſtia Gundelfingenſi. *Ochſenhuſana* (*Ochſenhauſen*) Ordinis S. Benedicti, infra Biberacum ad dextram. *Monachorotenſis* (*Munchrot*) Ordinis Præmonſtratenſium infra Ochſenhuſanam. *Petershuſiana* (*Petershauſen*) Ordinis S. Benedicti in ſuburbio Conſtantiæ. *Roggenburgenſis* (*Roggenburg*) Ordinis Præmonſtratenſium, in Comitatu Weiſenhornenſi. *Salmansvilenſis* (*Salmansvveiler*) Ordinis Ciſtercienſium, prope Uberlingam. *Schüſſenriedenſis* (*Schuſſenried*) Ordinis Præmonſtratenſium, ad lacum plumarium (Feder-See) *Urſpergenſis* (*Urſperg*) ejusdem ordinis, prope Thanhuſam. *Weingartenſis* (*Weingarten*) Ordinis S. Benedicti, ſupra Ravenſpurgum. *Augia albæ* ſ. *minoris* (*Weiſſenau*) Ordinis Præmonſtratenſium infra Ravenſpurgum. *Wettenhuſana* (*Wettenhauſen*) Ordinis Canonicorum regularium S. Auguſtini, infra Burgoviam. *Irſingenſis* (*Irſee*) Ordinis S. Benedicti, prope Kaufbyram. *S. Udalrici & Afræ*, ejusdem Ordinis, in civitate imperii Auguſta *S. Georgii* in civitate imperii Iſna. Poſterioris generis: *Abbatia Buchavienſis* (*Buchau*) ad lacum plumarium. *Lindavienſis* in civitate imperii hujus nominis. *Baindtenſis* (*Baindt*) ſupra Weingartenſem. *Bonæ Cellæ* ſ. *Cellæ Dei* (*Guttenzell*) prope Ochſenhuſanam. *Hegenbacenſis* (*Heggenbach*) ſupra Ochſenhuſanam. *Monaſterii rubri* (*Rotenmunſter*) prope Rothvilam.

XII. *Comitatus & Dynaſtiæ Imperii*, hi ſunt: *Comitatus Hohenemſianus* (*Hohenems*) in valle Rhenana, ſuos habet Comites. *Dynaſtia Egloffenſis* (*Eglof*) in præfectura provinciali Sueviæ, eſt Comitum de Traun. *Comitatus Tettnangienſis* (*Tettnang*) ad lacum Bodamicum, eſt Comitum Montfortenſium. *Dynaſtia Zeilenſis*, *Comitatus Wolfeggenſis*, uterque ad dextram præfecturæ provincialis, & *Dynaſtia Scherenſis* ad Danubium in Principatu Furſtenbergico, dominos habent Comites ac Truchſeſſios Waldburgenſes. *Comitatus Koenigseccianus* (*Koenigseck*) inter Principatum Furſtenbergicum & Comitatum Wolfeggenſem, & *Dynaſtia Rotenfelſenſis* (*Rotenfels*) infra Campodunum (Kempten) ſuos habent Comites. *Dynaſtia Juſtingenſis* ad Danubium prope Ulmam ſub ditione eſt Baronum Freybergenſium. *Comitatus Rechbergicus* (*Rechberg*) partim inter Ducatum Würtenbergicum & Territorium Ulmenſe, partim infra Ulmam ad Ilarum ſuos veneratur Comites. *Dynaſtia Mindelheimenſis* (*Mindelheim*) ſupra Abbatiam Campidonenſem, & *Dynaſtia Wieſenſteigenſis* (*Wieſenſteig*) Imperatori ſubditæ ſunt, ut Electori Bavariæ. *Comitatus Kirchbergenſis* & *Weiſenbornenſis*, inter Danubium, Ilarum & Lycum ſunt Comitum Fuggerorum. *Comitatus Grafeneccenſis* (*Grafeneck*) inter Ducatum Palatino-Neoburgicum & Principatum Oettinganum ſuos habet Comites. *Comitatus Pappenheimenſis* ad dextram Principatus Oettingani, ſuos itidem habet Comites. *Clettgovia* (*Klettgau*) Landgraviatus principalis ad Rhenum inter Scaphuſam & Waldshutum eſt ſub poteſtate Principum Schvvarzenbergicorum. *Principalis Comitatus Thengenſis* (*Thengen*) prope Clettgoviam, tenetur a Principe Auerſpergico. *Comitatus Bondorfienſis* in ſylva nigra, eſt Abbatiæ S. Blaſii Ordinis S. Benedicti. *Comitatus Eberſteinenſis* (*Eberſtein*) poſt exſtinctam Comitum hujus nominis ſtirpem, inter multos diviſus eſt.

XIII. *Civitates imperiales*, quarum ſunt XXXI. *Auguſta Vindelicorum* (*Augſpurg*) ad Lycum in finibus Bavariæ, maxima earum. *Ulma* (*Ulm*) ad Danubium, munita eſt. *Gienga* (*Giengen*) *Ala* (*Alen*) *Bopfinga* (*Bopfingen*) *Noerdlinga* (*Noerdlingen*) *Dunckelsbühla* (*Dünckelsbühl*) *Hala Suevorum* (*Schvvabiſch-Hall*) *Gemunda Suevorum* (*Schvvabiſch-Gemünd*) in parte boreali Sueviæ verſus fines Franconiæ. *Wimpfena* (*Wimpffen*) *Hailbronna* (*Hailbronn*) *Eslinga* (*Eslingen*) *Reutlinga* (*Reutlingen*) & *Wila* (*Weil*) in Ducatu Würtenbergico. *Rothvila* (*Rothvveil*) in Comitatu Hohenbergico. *Offenburgum* (*Offenburg*) *Gengenbacum* (*Gengenbach*) & *Cella ad Hammersbacum* (*Zell am Hammerſpach*) in Ortenavia. *Uberlinga* (*Uberlingen*) *Buchornia* (*Buchorn*) & *Lindavia* (*Lindau*) ad lacum Bodamicum, *Pfulendorfium* (*Pfulendorff*) *Buchavia* (*Buchau*) *Biberacum* (*Biberach*)

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Memminga (*Memmingen*) *Kaufbyra* (*Kaufbeuren*) *Campodunum* (*Kempten*) *Leutkircba* (*Leutkirch*) *Iſna* (*Iſny*) *Wangena* (*Wangen*) *Ravensburgum* (*Ravenſpurg*) in parte auſtrali Sueviæ.

CIRCULUS FRANCONICUS inter Bavaricum, Suevicum, Rhenanum inferiorem & ſuperiorem, Saxonicum ſuperiorem & regnum Bohemiæ, adeoque in medio ſita eſt Germaniæ. In eo ſunt.

I. *Epiſcopatus Bambergenſis* (*Bamberg*) in hoc: *Bamberga* (*Bamberg*) ſedes Epiſcopi magna quidem & pulchra, ſed ſine muris. *Forcheimia* (*Forcheim*) oppidum munitum. *Cronacum* (*Cronach*) arcem habet munitam.

II. *Epiſcopatus Herbipolenſis* (*Würzburg*) in quo: *Herbipolis* (*Würzburg*) ſedes ſplendida Epiſcopi cum Academia ad Mœnum, in cujus ulteriori ripa in monte ſita eſt arx munita *Marienberga* (*Marienberg*) *Kitzinga* (*Kitzingen*) & *Ochſenfurtum* (*Ochſenfurt*) oppida. *Koenigshofia* (*Koenigshoſen*) oppidum munitum.

III. *Epiſcopatus Eichſtadienſis* (*Eichſtætt*) in hoc: *Eichſtadium* (*Eichſtædt.*) metropolis & ſedes Epiſcopi in valle ſita.

IV. *Ditio Magni Magiſtri Ordinis Teutonici* inter Epiſcopatum Herbipolenſem, Comitatum Hohenloicum & Archiepiſcopatum Moguntinum, ad Tubarim, in hac: *Mergentheimium* (*Mergentheim*) urbs primaria & ſedes Magni Magiſtri.

V. *Marchionatus Culmbacenſis* (*Culmbach*) in finibus Variſciæ, Bohemiæ ac Bavariæ, in quo: *Byruthum* (*Bareuth*) ſedes Margravii. *Culmbachium* caſtellum habet munitum in monte ſitum, *Blaſſenberga* dictum. *Erlanga* (*Erlangen*) prope Norimbergam, in parte urbis recentiori, quæ vulgo Erlanga nova ſeu a conditore, Chriſtiani Erlanga dicitur, multi conceſſere Galli. Anno MDCCXLIII. Academia ibi fundata eſt. *Curia* (*Hof*) & *Wonſidelia* (*Wonſidel*) Variſciæ quondam urbes fuere. *Marchionatus* (*Onoldinus* (*Anſpach* ſ. *Onolzbach*) in finibus Sueviæ, in hoc: *Onoldinum Onolzbach* ſ. *Anſpach*) ſedes Margravii. *Schvvobacum* (*Schvvobach*) oppidum, in quo Gallorum colonia habitatum conceſſit. *Wilsburgum* locus munitus, in monte ſitus, prope Weiſſenburgum.

VI. *Principatus Coburgicus* (*Coburg*) ad dextram Principatus Hennebergici, Principem habet e Ducibus Saxo-Gothanis lineæ Salfeldenſis. In eo ſunt: *Coburgum* (*Coburg*) metropolis cum caſtello montano & Gymnaſio illuſtri. *Hildburghuſa* (*Hildburghauſen* ſedes Ducis Saxoniæ e linea Gothana.

VII. *Principatus Hennebergicus* (*Henneberg*) ſuos quondam habuit Principes, quibus exſtinctis; hac ratione diſcerptus eſt: Landgravio Haſſo-Caſſelano obtigit: *Smalkaldia* (*Schmalkalden*) urbs in hiſtoria Reformationis magnæ famæ. Electori Saxoniæ: *Schleuſinga* (*Schleuſingen*) ſedes quondam Principum Hennebergicorum, Gymnaſio exornata admodum celebri. *Sula*, oppidum. Duci Saxo-Vinarienſi: *Ilmenavia* (*Ilmenau*) oppidum metalli fodinis celebre. Duci Saxo-Iſenacenſi: *Northeimium frigidum* (*Kalten-Northeim*) quod defuncto nuper ultimo hujus lineæ duce, ad partem Vinarienſem acceſſit. *Mainunga* (*Meinungen*) ſedes eſt Ducis Saxoniæ e linea Gothana.

VIII. *Principatus Schvvarzenbergicus* inter Epiſcopatus Bambergenſem & Herbipolenſem, ad quem præterea pertinet *Dynaſtia Seinsheimenſis* (*Seinsheim*) propriis Ducatus iſte utitur Principibus.

IX. *Comitatus quidam Imperii*: *Loevvenſteinius* (*Loevvenſtein*) in finibus Sueviæ, parvus admodum, ſuos habet Comites, quibus etiam Comitatus Wertheimenſis ad Moenum ſitus, ſubjacet. Linea Catholica ad dignitatem evecta eſt principalem. *Comitatus Hohenloicus*, (*Hohenloh*) in finibus Sueviæ, reliquis amplior. Comites Hohenloici in multas lineas diſperſi ſunt. *Comitatus Limburgicus* (*Limburg*) itidem in finibus Sueviæ prope Halam Suevorum, Comitibus ineunte hoc ſeculo exſtinctis, feuda Imperii Elector Brandenburgicus obtinuit, reliqua heredibus permanſere ſexus ſequioris. Huc quoque pertinet *Dynaſtia Speckfeldenſis* in Epiſcopatu Herbipolenſi. *Comitatus Caſtellanus* (*Caſtell*) inter Epiſcopatum Bambergenſem & Principatum Schvvarzenbergicum ſuperſtites habet Comites. *Comitatus Reineccenſis* (*Reineck*) in parte boreali ad dextram, Comites Noſticios veneratur Dominos. *Comitatus Erbacenſis*) *Erbach*) ad ſiniſtram inter terras Moguntinas & Haſſo-Darmſtadienſes ſuos habet Comites. *Dynaſtia Reigelsbergenſis* (*Reigelsberg*) in Epiſcopatu Herbipolenſi infra Ochſenfurtum Comitibus paret Schoenborniis.

X. *Civitates Imperii*, hæ ſunt: *Norimberga* (*Nürnberg*) urbs ampliſſima & pulcherrima cum territorio magno, in quo: *Altorfium* (*Altorf*) oppidum & Academia celeberrima. *Suevofurtum* (*Schvveinfurt*) ad Mœnum in Epiſcopatu Herbipolenſi. *Rotenburgum ad Tubarim* (*Rotenburg an der Tauber*) *Windshemium* (*Windsheim*) prope Rotenburgum. *Weiſſenburgum Nordgovia* (*Weiſſenburg am Nordgau*) in finibus Onoldinis & Eichſtadienſibus.

V. CIRCULUS RHENANUS SUPERIOR. Hujus fines, quod provinciæ ejus diſperſæ nimis ſunt, denotari non poſſunt. Sunt vero partes ejus:

I. *Epiſcopatus Baſileenſis* juxta pagum hujus nominis: *Brundiſia* (*Brundrut*) eſt ſedes Epiſcopi.

II. *Comitatus principalis Monsbelligardenſis* (*Mümpelgard*) prope priorem ad dextram, in quo: *Monsbellicardus* metropolis.

III. *Sundgovia* (*Sundgau*) ſupra Baſileenſem Epiſcopatum, in hac: *Ferreta* (*Pfirt*) metropolis: *Hunninga* (*Hüningen*) parvum at validiſſimum munimentum ad Rhenum prope Baſileam.

IV. *Landgraviatus Alſatiæ* ſupra Sundgoviam, in litore occidentali Rheni, in ſuperiorem & inferiorem diſtinguitur. *In ſuperiori* ſunt: *Briſacum novum* (*Neubreiſach*) munitiſſimus locus, e regione Briſaci veteris. *Enſishemium* (*Enſisheim*) ubi ſummum Alſatiæ Judicium, *Colmaria* (*Colmar*) *Cæſaris Mons* (*Kayſersheim*) *Turichenum* (*Türckheim*) & *Monaſterium in valle Gregoria* (*Münſter im Gregorienthal*) civitates quondam fuere imperiales. *Murbachia* (*Murbach*) ad montem Vogeſum Abbatia imperialis, cui adjuncta eſt Abbatia *Ludera* (*Luders*) in Comitatu Burgundico. *Rapolti villa* (*Rappolsvveyler*) Comitatus, quem Comites Palatini Birckenfeldenſes hereditatis jure poſſident.

In inferiori: *Argentoratum* (*Strasburg*) metropolis Alſatiæ ampliſſima & munitiſſima cum caſtello validiſſimo, Academiam habet celeberrimam. *Seleſtadium* (*Schlettſtadt*) *Rosheimium* (*Rosheim*) *Ebenheimium* (*Ober-Ebenheim*) *Hagenovia* (*Hagenau*) *Sebuſium* (*Weiſſenburg*) & *Landavia* (*Landau*) urbs munitiſſima, civitates Imperii quondam fuere. *Andlovia* (*Andlau*) oppidum & Abbatia imperialis Ordinis S. Benedicti. *Tabernæ Alſaticæ* (*Elſas Zabern*) ſedes Epiſcopi Argentoratenſis. *Fortalitium S. Ludovici* (*Fortlouis*) in inſula Rheni, munitiſſimus locus. *Comitatus Lichtenbergicus* (*Lichtenberg*) & *Dynaſtia Ochſenſteinenſis* (*Ochſenſtein*) Comitum quondam fuere Hanovienſium. *Comitatus Dachsburgicus* (*Dachsburg*) Comites Leiningenſes habet Dominos. Sundgovia & Alſatia ſub poteſtate ſunt Regis Galliæ.

V. *Epiſcopatus Spirenſis* (*Speyer*) ſupra Alſatiam ad Rhenum: *Spira Nemetum* (*Speyer*) civitas Imperii antiquiſſima, in qua multi veterum Imperatorum quieſcunt. *Bruchſalia* (*Bruchſal*) oppidum ubi Epiſcopi nonnunquam commorari ſolent. *Philippoburgum* (*Philippsburg*) munimentum Imperii in litore Rheni citeriore. *Tabernæ Rhenanæ* (*Rheinzabern*) ſedes ordinaria Epiſcoporum Spirenſium.

VI. *Epiſcopatus Wormatienſis* (*Worms*) ſupra Spirenſem, in hoc: *Wormatia* (*Worms*) civitas Imperii antiquitate celeberrima. *Ladenburgum* (*Ladenburg*) ſedes Epiſcoporum.

VII. *Ducatus Bipontinus* (*Zvveybrücken*) inter Lotharingiam & Palatinatum Rheni: *Bipontum* metropolis & ſedes Ducum. *Tabernæ montanæ* (*Bergzabern*) oppidum cum arce. Ducatus iſte poſt diuturnas cum Electore Palatino lites Principi Birckenfeldenſi obtigit.

VIII. Ducatus *Veldentinus*, huc pertinet: Veldentium (Veldenz) ad Moſellam. *Lauterecca* (*Lautreck*) in Ducatu Bipontino. Hujus poſſeſſor eſt Elector Palatinus.

IX. *Principatus Birckenfeldenſis* eſt pars Comitatus Spanheimenſis, in hoc: *Bircofelda* (*Birckenfeld*) oppidum ad Navam. *Trarbacum*, (*Trarbach*) cum caſtello munito, in communione poſſident Princeps Birckenfeldenſis & Marchio Badenſis e linea Badenſi ſeu Baden-Baden. Regio iſta vulgo dicitur *Hunnorum tractus* (*Hundsrück.*)

X. *Landgraviatus Haſſiæ* cingitur a Circulis Weſtphalico, Saxonico ſuperiori & inferiori, Abbatia itidem Fuldenſi & Wetteravia. Dividitur in Haſſiam ſuperiorem & inferiorem. Præterea Landgravii tenent *Comitatum Catimelibocenſem* (*Catzenelnbogen*) ſuperiorem & inferiorem, ille infra Mœnum, ubi Rheno conjungitur, hic trans Rhenum juxtâ Archiepiſcopatum Trevirenſem. Landgravii Haſſiæ in duas abeunt lineas primarias Haſſo-Caſſelanam & Darmſtadienſem. Caſſelana ſecundariam habet Rhenofeldenſem; Darmſtadienſis Homburgenſem. *Lineæ Caſſelanæ* ſunt: *Caſella* (*Caſſel*) metropolis & ſedes Landgraviorum. *Dynaſtia Pleſſenſis* (*Pleſſe*) in finibus Brunſuicenſibus. *Ziegenheina* (*Ziegenhayn*) Comitatus & urbs munitiſſima. *Hirsfeldia* (*Hirſchfeld*) ante pacem Weſtphalicam Abbatia Imperii, jam vero Principatus. *Cruciberga* (*Creutzberg*) cum arce, *Vallis Philippi* (*Philippsthal*) ubi Landgravius lineæ collateralis commorari ſolet. *Homburgum*, Haſſiæ cognominatum, *Schvvalbacum longum* (*Langen-Schvvalbach*) vicus in Comitatu Catimelibocenſi inferiori, acidulas habet ſaluberrimas. *Fritzlaria* (*Fritzlar*) & *Amoeneburgum* (*Amoeneburg*) ſunt Electoris Moguntini. *Trefurtum* (*Trefurt*) tres habet Dominos, Electores Moguntinum & Saxonem & Landgravium Caſſelanum. *Marpurgum* (*Marburg*) Haſſiæ ſuperioris metropolis. Academiam habet celeberrimam. *Lineæ Rhenofeldenſis*: *Rotenburgum* ad Werram, *Wanfrieda* & *Eſchenvvega* (*Eſchvvege*) *Rhenofelda* (*Rheinfels*) caſtellum munitum in monte ſitum in Comitatu Catimelibocenſi inferiori. *Fanum S. Goiri* (*S. Goar*) oppidum ad Rhenum. *Lineæ Darmſtadienſis*: *Gieſena* (*Gieſen*) ad Loganam Academiam habet Evangelicam. *Butzbachium* *Butzbach*) oppidum. *Comitatus Niddanus* (*Nidda*) ad dextram. *Comitatus Itteranus* (*Itter*) in finibus Waldeccenſibus. *Darmſtadium* (*Darmſtadt*) in Comitatu Catimelibocenſi ſuperiori, ſedes Landgravii. *Lineæ Homburgenſis*: *Homburgum* (*Homburg von der Höhe*) oppidum.

XI. *Ditio Domus Naſſovienſis* (*Naſſau*) Terræ Naſſovienſes ſitæ ſunt partim in Auſtraſia, (*Weſtreich*) Lotharingiam inter & Palatinatum Rheni, partim in Wetteravia. Illæ ſunt: *Saræpontum* (*Saarbrück*) Comitatus infra Ducatum Bipontanum, cum urbe ejuſdem nominis, & *Ottonis villa* (*Ottvveiler*) ſedes ſunt principales: hæ: *Siegena* (*Siegen*) *Dillenburgum* (*Dillenburg*) *Schaumburgum* (*Schaumburg*) *Ditium* (*Diez*) *Weilburgum* (*Weilburg*) *Idſteinium* (*Idſtein*) & *Uſinga* (*Uſingen*) ſedes quondam fuere diverſarum linearum, quarum nunc quædam exſtinctæ ſunt. Maxima quidem pars ditionis Naſſovienſis ad Circulum referenda fuerat Rhenanum inferiorem, hic vero univerſam, ne ordinem interrumpamus, complexi ſumus.

XII. *Abbatia Fuldenſis* (*Fulda*) Haſſiam inter & Franconiam, in hac: *Fulda* metropolis & ſedes Abbatis Ordinis S. Benedicti, qui Princeps Imperii & Imperatricis Archi-Cancellarius eſt.

XIII. *Comitatus quidam Imperii*. *In Auſtraſia*: *Salmenſis* (*Salm*) cujus dimidia pars, quæ ad dignitatem Principatus evecta eſt, Principi ſubeſt Salmenſi, altera Comitibus (Wild und Rheingrafen) *Finſtringenſis* (*Finſtringen*) Principis eſt Salmenſis. *Criechingenſis* & *Dynaſtia Puttlingenſis* (*Criechingen* und *Puttlingen.*) *In Palatinatu Rheni*: *Rheingrafenſteinenſis*, quem tenent Wild und Rheingrafen. *Falckenſteinenſis* inter Comites Manderſcheidenſes Keilenſis lineæ & Lövvenhauptios diviſa eſt. *Leiningenſis* ſuos habet Comites. *In Wetteravia*: *Comitatus Hanovio-Münzenbergicus* (*Hanau Münzenberg*) prope Francofurtum, in hoc: *Hanovium* (*Hanau*) urbs munita cum arce egregia & Gymnaſio illuſtri. Poſt exſtinctos Comites Hanovienſes Landgravius Haſſo-Caſſellanus terram poſſidet. *Yſenburgico-Budingenſis* ſuperſtites habet Comites, quorum ſedes eſt *Offenbachium* ad Moenum prope Francofurtum. *Weſterburgicus* terras inter Trevirenſes & Naſſovienſes eſt lineæ Comitum Leiningenſium. *Waldeccenſis* (*Waldeck*) Haſſiam inter & Weſtphaliam, jam dignitate principali

inſigni

inſignitus. *Corbachium* (*Corbach*) metropolis. *Arolſum* (*Arolſen*) ſedes Principis regnantis.

XIV. *Civitates quædam imperiales: Francofurtum ad Moenum* (*Franckfurt am Mayn*) emporium opulentiſſimum & amplum, ubi Imperatores Germani eliguntur. *Wetzlaria* (*Wetzlar*) prope Gieſenam, in qua Judicium Camerale ſedem fixit. *Friedeberga* (*Friedberg*) Francofurtum inter & Gieſenam. *Gelnhuſa* (*Gelnhauſen*) ſupra Hanovium ad dextram.

VI. CIRCULUS RHENANUS INFERIOR. ſ. *Electoralis* ſequentes continet provincias:

I. *Electoratum Palatinum* ſ. *Palatinatum Rheni.* Hujus maxima pars ſita eſt inter Rhenum & Moſellam, reliqua cis Rhenum circa Nicrum, ubi Rheno committitur. XIV. conſtat præfecturis, quarum cis Rhenum ſunt: 1. Brettenſis (Bretten) in finibus Ducatus Würtenbergici. 2. *Heidelbergenſis* (*Heidelberg*) *Heidelberga* ſedes quondam & metropolis egregia Palatinatus inferioris, Academiam habet reformatam. *Manhemium* (*Manheim*) in confluentibus Rheni ac Nicri, recens exſtructa & munitionibus validiſſimis cincta, ſplendidiſſima ſedes Electoris Palatini. *Francodalia* (*Franckenthal*) urbs quondam munita. 3. *Mosbacenſis* ad dextram. 4. *Boxbergenſis* (*Boxberg*) in Franconia. Trans Rhenum: 5. *Germersheimenſis* (*Germersheim*) ſupra Alſatiam. 6. *Neoſtadienſis* (*Neuſtadt an der Hart*) ad ſiniſtram Epiſcopatus Spirenſis. 7. *Lutrenſis* (*Lautern*) in qua: *Lutra Cæſarea* (*Kayſerslautern*) civitas quondam Imperii. 8. *Alzejana* (*Alzey*) maxima præfectura. 9. *Oppenheimenſis* (*Oppenheim*) ad Rhenum, Imperii ante hac civitas. 10. *Crocinacenſis* (*Creutzenach*) ad Navam. 11. *Strombergenſis* (*Stromberg*) 12. *Simmerenſis* (*Simmern*) 13. *Bacheracenſis* (Bacherach) ubi vinum gignitur nobiliſſimum. 14. *Kirchbergenſis* (*Kirchberg.*)

II. *Archiepiſcopatus Moguntinus* dividitur in ſuperiorem & inferiorem. Superior verſus Occidentem jacet circa Rhenum inter Palatinatum, terras Trevirenſes & Darmſtadienſes; inferior verſus Orientem circa Mœnum, inter Wetteraviam, Franconiam, Palatinatum & ditionem Darmſtadienſem. *In ſuperiori* ſunt: *Moguntia* (*Maynz*) contra Mœni Rhenique confluentes poſita, ſedes Electoris ampliſſima & munitionibus tuta. *Binga* (*Bingen*) ad Rhenum, urbs antiqua. *Hoechſt* parvum & amœnum oppidum Moguntiam inter & Francofurtum: *In inferiori: Seleginaſtadium* (*Seeligenſtadt*) ad Mœnum. *Schaffnaburgum* (*Aſchaffenburg*) cum arce Electorali magnifica. *Klingenberga*, vino, quod ibi naſcitur, nobili, inſignis. Præter hæc ad Electoratum Moguntinum pertinent: *Strata Montana* (*Bergſtraſſe*) anguſtus terræ tractus ab Heidelberga Darmſtadium usque ſeſe extendens, in qua: *Weinheimium*, *Heppenheimium* & *Bensheimium.* Porro *Gernsheimium* & *Sobernheimium* oppida in Palatinatu Rheni. *Fritzlaria & Amœneburgum* in Haſſia. *Erphordia* (*Erfurt*) metropolis Thuringiæ ampliſſima. *Eisfelda* (*Eichsfeld*) Thuringiam inter, Haſſiam & Ducatum Brunſuicenſem, in hac: *Heiligenſtadium* & *Duderſtadium.*

III. *Archiepiſcopatus Trevirenſis* ad Moſellam a Ducatu Lotharingiæ ad confluentes usque Moſellæ ac Rheni. Loca ejus nobiliora ſunt: *Auguſta Trevirorum*, *Treviris* (*Trier*) ad Moſellam, metropolis antiquiſſima & ſedes Electoris. *Pruymium* (*Prüm*) Abbatia antiquitate celebris. *Vitalliacum* (*Witlich*) arcem habet. *Confluentia* (*Coblenz*) urbs munita, ubi Moſella conjungitur Rheno. E regione urbis in litore Rheni orientali eſt *Caſtrum Erinberti* (*Ehrenbreitſtein*) in monte ſitum munitionibus inſigne. *Veſalia ſuperior* (*Ober-Weſel*) libera olim. *Mons Tabor* (*Montabour*) arcem habet munitam.

IV. *Archiepiſcopatus Colonienſis* in litore Rheni Occidentali, Ducatus inter Juliacenſem & Montenſem. In hoc: *Reſa* (*Renſee* ſ. *Rees*) prope Confluentes, oppidum in hiſtoria Germaniæ notiſſimum, ubi ſella Imperatoria adhuc videtur. *Andernacum* (*Andernach*) *Bonna* (*Bonn*) ſedes Archiepiſcopi & Electoris munita. *Broel* oppidum cum arce, quam Elector nonnunquam incolit. *Noveſium* (*Nuys* ſ. *Neus*) *Cæſaris inſula* (*Kayſersvverth*) & *Rheinberga* (*Rheinbergen*) munita olim fuere oppida.

Huc præterea pertinent: *Ducatus Weſtphaliæ* inter Wetteraviam & Comitatum Marchiæ (Marck) in quo: *Werla* (*Werle*) & *Stattberga* (*Stattbergen*). *Comitatus Arensbergenſis*, ibidem ſitus, & *Recklingshuſanus* inter Ducatum Cliviæ, Epiſcopatum Monaſterienſem & Comitatum Marchiæ.

V. *Principatus Arenbergicus* (*Arenberg*) in Eifalia, inter Archiepiſcopatus Trevirenſem & Colonienſem, & Ducatum Juliacenſem: *Arenberga* (*Arensberg*) eſt metropolis.

VI. *Comitatus Yſenburgicus inferior* prope Montabour. Comitibus extinctis Comitatus totus fere Electori Trevirenſi obtigit.

VII. CIRCULUS WESTPHALICUS cohæret cum Saxonico inferiori, Rhenano ſuperiori ac inferiori, Belgio & mari Germanico. Provinciæ ejus hæ ſunt:

I. *Epiſcopatus Monaſterienſis* (*Münſter*) in medio fere Weſtphaliæ a Lupia (*Lippe*) fluvio ad Friſiam usque Orientalem excurrit. Loca ejus celebriora ſunt: *Monaſterium* (*Münſter*) metropolis amplitudine ac munitionibus inſignis. *Coesfeldia* (*Coesfeld*) ſedes Epiſcoporum ante ſubactum Monaſterium. *Strombergum* (*Stromberg*) oppidum & Burgraviatus. *Meppena* (*Meppen*) & *Vechta* (*Vechte*) munita oppida.

II. *Epiſcopatus Oſnabrugenſis* (*Oſnabrück*) continetur Epiſcopatu Monaſterienſi, Comitatibus Lingenſi, Tecklenburgico, Ravenſpergico & Principatu Mindenſi, in hoc: *Oſnabruga* (*Oſnabrück*) metropolis ob pacem anno MDCLVIII. ibi ſancitam inclyta. *Iburgum* (*Iburg*) ſedes quondam Epiſcoporum. Pace modo allegata cautum eſt, ut hujus Epiſcopatus Præſules Religionis Romano-Catholicæ ac Evangelicæ alternis vicibus eligerentur, & poſterioris quidem e Ducibus Brunſuico-Luneburgicis. Jam huic, ut & antecedenti & ſubſequenti, præeſt Elector Colonienſis.

III. *Epiſcopatus Paderbornenſis* limites ſunt Haſſia, Comitatus Waldeccenſis, & Lippienſis, Ducatus Weſtphaliæ & Abbatia Corbejenſis: *Paderborna* metropolis ad Lupiam. *Neuhuſium* (*Nienhaus*) oppidum & arx, ubi Epiſcopi commorari ſolent.

IV. *Epiſcopatus Leodienſis* (*Lüttich*) in Belgio Auſtriaco ſitus, clauditur Ducatibus Limburgico, Lucemburgico ac Brabantino, & Comitatibus

Han-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Hannonienſi & Namurcenſi. In hoc notantur: *Leodium* ſ. *Auguſta Eburonum* (*Lüttich*) metropolis ac ſedes Epiſcopi ampliſſima cum caſtello munitiſſimo. *Hojum* (*Huy*) caſtellum habet munitum in monte ſitum. *Aquæ Spadanæ* (*Spa*) vicus ob acidulas ſaluberrimas celebris. *Stabulum* (*Stablo*) & *Malmudarium* (*Malmedy*) inter Epiſcopatum Leodienſem & Ducatum Limburgicum, Abbatiæ ita unitæ, ut idem ipſis præſit Abbas, qui Princeps eſt Imperii. *Haſeletum* (*Haſſelt*) oppidum elegans & incolis frequens. *Comitatus Hornanus* (*Horn*) in finibus Geldriæ.

V. *Abbatia Corbejenſis* (*Corvey*) ad Viſurgim inter Epiſcopatum Paderbornenſem & terras Brunſuicenſes: *Corbeja* (*Corvey*) monaſterium Ordinis S. Benedicti. *Huxaria* (*Hoexter*) oppidum ad Viſurgim. Abbas Corbejenſis eſt Princeps Imperii.

VI. *Ducatus Juliacenſis* (*Jülch*) inter Ducatum Geldriæ, Archiepiſcopatum Colonienſem Eifaliam & Ducatum Limburgicum. Loca celebriora ſunt: *Juliacum* (*Julich*) metropolis munita. *Durena* (*Düren*) elegans oppidum. *S. Cornelii Monaſterium*, *Cornelii-Münſter*) Abbatia Ordinis S. Benedicti, cujus Abbas inter Status Imperii locum obtinet. *Burſcheidanum* monaſterium (*Burſcheid*) Abbatia ſexus ſequioris.

VII. *Ducatus Montenſis* (*Bergen*) Rhenum inter & Comitatum Marchiæ, in hoc: *Düſſeldorfium* (*Düſſeldorf*) metropolis ad Rhenum, aliquandiu ſedes fuit Electorum Palatinorum, qui Ducatum hunc cum priori ex hereditate Juliacenſi ſortiti ſunt.

VIII. *Ducatus Cliviæ* (*Cleve*) ad confluentes Rheni ac Lupiæ, in quo: *Clivia* (*Cleve*) metropolis. *Veſalia* (*Weſel*) validiſſimum munimentum cum caſtello itidem munitiſſimo. *Emmerica* (*Emmerich*) urbs magna & pulchra. *Duysburgum* (*Duysburg*) Academiam habet. *Santena* (*Santen*) & *Orſavicum* (*Orſoy*) parva oppida. Huic Ducatui conterminus eſt *Principatus Moerſanus* (*Meurs*) cum oppido ejuſdem nominis, quem ex hereditate Arauſionenſi poſſidet Elector Brandenburgicus, ut Cliviæ Ducatum e Juliacenſi.

IX. *Principatus Mindenſis* (*Minden*) inter Viſurgim & Epiſcopatum Oſnabrugenſem, ipſe quondam Epiſcopatus, pace Weſtphalica in Principatum ſæcularem transformatus & Electori Brandenburgico traditus eſt. *Minda* (*Minden*) metropolis munita eſt.

X. *Principatus Verdenſis*, Bremenſem inter Ducatum & Luneburgicum, eandem cum antecedenti ſortem nactus. Sueciæ regno ceſſit, cui armis ereptum poſſidet nunc Elector Brunſuico-Luneburgicus. *Verda* (*Verden*) metropolis. *Rotenburgum* (*Rotenburg*) oppidum, ſedes quondam Epiſcoporum.

XI. *Principatus Friſiæ Orientalis* inter mare Germanicum & Comitatum Oldenburgicum. In hoc ſunt: *Embda* (*Embden*) emporium amplum & munitum ad ſinum Dollartium, ob graviſſima cum Principe ſuo diſſidia præſidium recepit Hollandicum. *Auricum* (*Aurich*) ſedes Principis. *Nordena* (*Norden*) locus ampliſſimus in littore maris, at ſine muris. *Dynaſtia Jeverana* (*Jevern*) eſt Principis Anhaltino-Serveſtani. *Kniphuſa* (*Kniphauſen*) Comitis Altenburgici. Vacuefactum ultimi Principis obitu Principatum, MDCCXLIV. Rex Boruſſiæ occupavit.

XII. Ingens *Comitatuum* numerus. *In Eifalia: Manderſcheidenſis* ſuperior & inferior, cujus lineæ ſunt: Geroldſteinenſis, Keilenſis & Blanckenheimenſis. His accedit Baronatus Jankerat. *Virneburgicus* (*Virneburg*) qui Comitum eſt Loevvenſteinenſium. *Sleidanus* (*Schleyden*) Comites Marchiæ habet Dominos. *In Wetteravia: Widanus* (*Wied*) ſuos ſuperſtites habet Comites, quorum porro eſt *Roncalienſis* Comitatus (*Runckel*) *Sainenſis* (*Sayn*) ad Rhenum, & *Wittgenſteinenſis* (*Wittgenſtein*) ſupra Principatum Dillenburgicum, eidem parent Comiti. *In Weſtphalia: Comitatus Marchiæ* (*Marck*) inter Ducatus Weſtphaliæ, Montenſem & Epiſcopatum Monaſterienſem, in hoc: *Suſatum* (*Soeſt*) ampliſſima Weſtphaliæ urbs. *Hammona* (*Hamm*) primaria Comitatus hujus civitas. *Eſſena* (*Eſſen*) oppidum, in quo Abbatia Imperii libera virginum generoſarum. *Werda* (*Werden*) oppidum, Abbatiam habet Imperii liberam Ordinis S. Benedicti. *Ravensbergicus* (*Ravenſperg*) infra Principatum Mindenſem, in hoc: *Ravensberga* (*Ravenſperg*) caſtellum montanum. *Bilfelda* (*Bietefeld*) oppidum. *Herfordia* (*Hervorden*) civitas quondam Imperii, nunc Abbatiam habet principalem Religionis Evangelicæ: *Lingenſis* (*Lingen*) in Epiſcopatu Monaſterienſi. *Tecklenburgicus* (*Tecklenburg*) infra antecedentem; Quatuor iſti Weſtphaliæ Comitatus ſunt Regis Boruſſiæ. *Ritbergicus* (*Riedberg*) Comitum de Caunitz. *Lippienſis* (*Lippe*) ſuos habet Comites. *Pyrmontanum* (*Pyrmont*) ob acidulas ſaluberrimas celebrem, Princeps Waldeccenſis tenet. *Schaumburgicum* (*Schaumburg*) partim Landgravius Caſſelanus, partim Comites Lippienſes. In parte Caſſelana eſt: *Rintelium* (*Rinteln*) oppidum munitum cum Academia Reformata. *Spiegelbergicum* (*Spiegelberg*) poſſidet domus Naſſovio-Ditienſis, ut feudum Brunſuicenſe. *Hojenſis* (*Hoya*) pars eſt Domus Brunſuico-Luneburgenſis, altera Landgravii Haſſo-Caſſelani. *Diepholtanus* (*Diepholt*) itidem Domus Brunſuico-Luneburgenſis. *Oldenburgicus* (*Oldenburg*) Regis Daniæ. *Bentheimenſis* (*Bentheim*) & *Steinfurtenſis* (*Steinfurt*) ambo eundem venerantur Comitem.

XIII. *Civitates Imperii* tres: *Aquisgranum* (*Achen*) in Ducatu Juliacenſi, civitas antiquiſſima & Carolo M. dilectiſſima. Ex præſcripto aureæ Bullæ Reges Germanorum hic inaugurandi ſunt. Thermas habet ſalubritate notiſſimas, *Colonia Agrippina* ſ. *Auguſta Ubiorum* (*Cöln*) civitatum Imperii maxima, Academiam habet. *Tremonia* (*Dortmund*) in Comitatu Marchiæ.

VIII. CIRCULUS SAXONICUS INFERIOR continetur mari Germanico ac Balthico, Ducatu Slesvicenſi, Circulis Saxoniæ & Rhenano ſuperiori nec non Weſtphalico. Provinciæ & loca in iis celebriora ſunt:

I. *Ducatus Bremenſis* (*Bremen*) inter Weſtphaliam, mare Germanicum & Albim. Ducatus iſte quondam Archiepiſcopatus fuit, per pacificatio-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cationem vero Weſtphalicam Suecis ceſſit, quibus ineunte hoc Seculo expulſis, Electori Brunſuico - Luneburgenſi traditus eſt. In hoc: *Stada* (*Stade*) munita urbs prope Albim. *Vorda Bremenſis* (*Bremevoerde*) ſedes olim Archiepiſcoporum. *Haduloga* (*Hadeler - Land*) in litore maris Germanici, Ducum quondam fuit Lauenburgicorum, quibus exſtinctis de ſucceſſione multum fuit diſceptatum.

II. *Ducatus Holſatiæ* (*Holſtein*) Albim inter, mare item Germanicum & Balthicum, quatuor conſiſtit partibus: 1. *Ditmarſia* (*Ditmarſen.*) 2. *Holſatia in ſpecie* (*Holſtein*) 3. *Wagria* (*Wagrien*) 4. *Stormaria* (*Stormarn*) hæ inter Regem Daniæ & Ducem Holſatiæ Gottorpienſem ita diviſæ ſunt: *in Ditmarſia* Regis eſt: *Meldorpium*; Ducis: *Heyde.* *In Holſatia* in ſpecie, Regis: *Rendesburgum* (*Rendsburg*) urbs munita. *Izeboa* (*Itzebo*); Ducis: *Kilonium* (*Kiel*) urbs magna Academiam habet celeberrimam. *In Wagria*, Regis ſunt: *Segeberga* (*Segeberg*) oppidum. *Ploenum* (*Ploen*) unde linea Ducum Holſatiæ denominatur. Ducis: *Oldenburgum* (*Oldenburg*) urbs quondam nobilis. *Eutinum* (*Eutin*) ſedes Epiſcoporum Lubeccenſium. *In Stormaria* Regis ſunt: *Glückſtadium* (*Glückſtadt*) urbs recens exſtructa & munita. *Crempa* (*Krempe*) *Pinneberga* (*Pinneberg*) Comitatus. *Altenavia* (*Altena*) amplus locus at ſine muris. Ducis: Præfecturæ quædam notatu non adeo dignæ.

III. *Ducatus Saxoniæ Lauenburgicæ* (*Sachſen - Lauenburg*) ad Albim inter Ducatum Holſatiæ & Mecklenburgicum, in hoc: *Lauenburgum* (*Lauenburg*) metropolis ad Albim. *Ratzeburgum* (*Ratzeburg*) ante hac Epiſcopatus. Exſtinctis Ducibus Lauenburgicis Elector Brunſuico - Luneburgicus terras has occupavit.

IV. *Ducatus Mecklenburgicus* (*Mecklenburg*) in litore maris Balthici. Provinciæ, quibus conſtat, ſunt ſequentes: 1. *Ducatus Mecklenburgicus in ſpecie*, in quo: *Mecklenburgum* (*Mecklenburg*) metropolis quondam, jam pagus. *Wiſmaria* (*Wiſmar*) emporium celebre cum portu, quod per pacem Weſtphalicam Sueci tenent. *Præfectura Schoenbergenſis* (*Schoenberg*) ex hac, templo item primario Ratzeburgico, & quæ ad illud pertinent, enatus eſt Principatus Ratzeburgicus. 2. *Comitatus Schvverinenſis*, *Schvverinum* (*Schvverin*) urbs magna & munita cum caſtello itidem munito. *Boitzenburgum* (*Boitzenburg*) ad Albim urbs vectigalis. 3. *Principatus Schvverinenſis*, in quo: *Buzovium* (*Buzovv*) oppidum munitum. 4. *Principatus Venedorum* (*Wenden*) in hoc: *Guſtrovia* (*Guſtrovv*) urbs inter optimas hujus Ducatus habenda. *Domitium* (*Doemitz*) ad Albim, oppidum & caſtellum munitiſſimum. 5. *Dominium Roſtochienſe* (*Roſtock*) in litore maris Balthici, in hoc: *Roſtochium* (*Roſtock*) emporium amplum & nunc ſedes Ducis, Academiam habet celeberrimam. 6. *Dominium Stargardienſe* (*Stargard*) ad dextram Ducatus Venedorum, in quo: *Strelitium* oppidum & ſedes Ducis minoris lineæ. *Mirovia* (*Mirovv*) & *Nemeravia* (*Nemerovv*) præfecturæ quondam Ordinis S. Johannis. Duo domus Mecklenburgicæ ſunt Duces regentes, horum linea minor Dominium tenet Stargardienſe & Principatum Ratzeburgicum, reliqua ſunt lineæ majoris.

V. *Electoratus Brunſuico - Luneburgicus* (*Braunſchvveig - Lüneburg*) tribus conſtat Principatibus. Hi ſunt:

1. *Principatus Zellenſis* (*Zell*) infra Albim, in quo: *Luneburgum* (*Lüneburg*) urbs ampla cum caſtello, *Mons Calcarius* (*Kalckberg*) dicto. *Harburgum* (*Harburg*) ad Albim caſtellum habet munitum. *Bardovicum* (*Bardevvick*) urbs quondam magna ab Henrico Leone deleta, jam pagus: *Danneberga* (*Danneberg*) ad Albim, urbs & Comitatus, *Ulzena* (*Ulzen*) & *Giſbornia* (*Giffborn*) oppida haud ignobilia. *Cella* (*Zell*) metropolis & ſedes quondam Ducum Zellenſium.

2. *Principatus Calenbergicus* (*Calenberg*) ad ſiniſtram, in hoc: *Hannovera* (*Hannover*) metropolis & ſedes Electoris munita. *Herrnhuſa* (*Herrnhauſen*) locus amœnus prope Hannoveram. *Hamelia* (*Hameln*) urbs munitiſſima ad Viſurgim. *Goettinga* (*Goettingen*) Academiam habet nuper fundatam. *Northeimium* (*Northeim*) prope antecedentem.

3. *Principatus Grubenhagenſis* (*Grubenhagen*) verſus Auſtrum, in hoc: *Eimbecka* (*Eimbeck*) metropolis. *Clausthalia* (*Clausthal*) *Andreaberga* (*Andreasberg*) & *Altenavia* (*Altenau*) urbes ſylvæ Hercyniæ metalli fodinis celebres. Ejusdem generis ſunt: *Cellerfelda* (*Cellerfeld*) *Wildemanu*, & *Laudenthalia* (*Lautenthal*) quas vero Elector cum Ducibus Brunſuico - Guelpherbytanis in communione poſſidet.

VI. *Ducatus Brunſuico - Guelpherbytanus* (*Braunſchvveig - Wolffenbüttel*) inter Epiſcopatum Hildeſienſem & Ducatum Magdeburgicum, in quo: *Guelpherbytum* (*Wolffenbüttel*) ſedes Ducis Bibliotheca & munitionibus celebris. *Brunſuiga* (*Braunſchvveig*) emporium magnum & munitum. *Saltzdalia* (*Saltzdahl*) arx amœna. *Helmſtadium* (*Helmſtædt*) oppidum cujus Academia a fundatore Julia dicta, celebratur. *Gandersheimium* (*Gandersheim*) oppidum & Abbatia Imperii libera ſexus ſequioris, Religionis Evangelicæ. *Bevera* (*Bevern*) ſedes lineæ minoris Ducum Guelpherbytanorum. *Blanckenburgum* (*Blanckenburg*) ad ſylvam Hercyniam, oppidum & Comitatus.

VII. *Epiſcopatus Hildeſienſis* (*Hildesheim*) terris Brunſuicenſibus includitur, in hoc: *Hildeſia* (*Hildesheim*) metropolis: *Caſtrum Poynum* (*Peyne*) caſtellum munitum.

VIII. *Principatus Halberſtadienſis* (*Halberſtadt*) Epiſcopatus quondam, per pacificationem Weſtphalicam Electori Brandenburgico traditus eſt, in hoc: *Halberſtadium* (*Halberſtadt*) metropolis. *Gruninga* (*Grüningen*) ſedes Epiſcoporum fuit. *Aſcania* (*Aſchersleben*) in finibus Anhaltinis. *Rheinſteinium Rheinſtein* caſtellum munitum & Comitatus Imperii.

IX. *Ducatus Magdeburgicus* (*Magdeburg*) ad dextram circa Albim, ante pacem Weſtphalicam Archiepiſcopatus, eadem ratione, ut Halberſtadienſis Epiſcopatus, Electori Brandenburgico ceſſit; hujus loca celebriora ſunt: *Magdeburgum* (*Magdeburg*) metropolis & emporium ampliſſimum ac munitiſſimum. *Staſſurdia* (*Stasfort*) & *Saltza* ſalinas habent. *Burgum* (*Burg*) oppidum quondam Principatus Querfurtani. *Hala Saxonum* ſ. *Venedorum* (*Hall*) ad Salam, in circulo Salano, Academia & ſali-

nis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nis celeberrima. *Wettinum* (*Wettin*) oppidum & quondam Comitatus
celeberrimus.
X. *Civitates quædam Imperii: Hamburgum* (*Hamburg*) ad Albim in
Ducatu Holſatiæ, maximum & opulentiſſimum Germaniæ emporium.
Lubeca (*Lübeck*) itidem emporium amplum in Ducatu Holſatiæ. *Brema*
(*Bremen*) ad Viſurgin, mercatura nobilis. *Goslaria* (*Goslar*) in ſylva
Hercynia, urbs antiquiſſima. *Mühlhuſia* (*Mühlhauſen*) in Thuringia
ſitæ.

IX. CIRCULUS SAXONICUS SUPERIOR cohæret cum mari Bal-
thico, Boruſſia, Polonia, Luſatia, Bohemia, circulis Franconico, Rhe-
nano ſuperiori & Saxonico inferiori. Provinciæ ejus ſunt ſequentes:

I. *Electoratus Saxoniæ* in finibus Luſatiæ & Bohemiæ. Huc pertinet:
1. *Circulus Electoralis* (*der Chur - Creis*) inter Principatum Anhaltinum
& Luſatiam, in quo: *Vitemberga* (*Wittenberg*) ad Albim, Academia
ibi floret celeberrima. *Pretſcha* (*Pretſch*) oppidum cum arce.
2. *Marchionatus Miſniæ*, circa Albim tribus conſiſtit circulis a) Li-
pſienſi, in quo: *Lipſia* (*Leipzig*) emporium pulcherrimum ac opulentiſ-
ſimum, cujus Academia inter celeberrimas Europæ habenda. *Wurzena*
(*Wurzen*) & *Ilenburgum* (*Eulenburg*) non ignota oppida. *Grimma*
ſcholam habet provincialem. *Colditium* (*Colditz*) & *Rochlitium* (*Roch-
litz*) parva oppida. b) *Miſnico*, in hoc: *Miſena* (*Meiſſen*) urbs antiquiſ-
ſima cum tribus caſtellis montanis. *Dresda* (*Dresden*) metropolis & ſe-
des Electoris Saxoniæ pulcherrima. *Pirna* (*Pirn*) cum caſtello munito
Sonnenſteinium (*Sonnenſtein*). *Koenigſteinium* (*Koenigſtein*) caſtellum
munitiſſimum in monte prærupto ſitum. *Freyberga* (*Freyberg*) metalli-
fodinis & ſepulchris Electorum celebris. *Torgavia* (*Torgau*) ad Albim
oppidum haud ignobile. c) *Metallifero* (*Erzgebürgiſchen*) in hoc: *Cyg-
nea* (*Zwickau*) & *Chemnitium* (*Chemnitz*) literis & mercatura celebres.
Annæmontium (*Annaberg*), *Schneberga* (*Schneeberg*), *Joh. Georgii
Villa* (*Johann - Georgenſtadt*) & *Altenberga* (*Altenberg*) metallifodinis
inclaruere.
3. *Ditio Merſeburgica* ad Salam, in hac: *Martisburgum* ſ. *Merſebur-
gum* (*Merſeburg*) ad Salam metropolis. *Luzena* (*Lützen*) oppidum, pro-
pe quod Rex Sueciæ Guſtaphus Adolphus victor cecidit. *Ranſtadium ve-
tus* (*Alt-Ranſtadt*) pagus, ubi MDCCVI. cum Rege Poloniæ Auguſto
pacem fecit Rex Sueciæ Carolus XII.
4. *Ditio Cizenſis* (*Zeitz*) in hac: *Naumburgum* (*Naumburg*) ad Sa-
lam urbs magna. *Ciza* (*Zeitz*) ſedes quondam Ducum Saxoniæ hujus
lineæ.
5. *Variſcia* (*Vogtland*) in finibus Bohemiæ & Franconiæ, in qua:
Plavia (*Plauen*) urbs primaria. *Gera*, *Græcium* (*Græitz*), *Schlaiza*
(*Schlaitz*) & *Lobenſteinium* (*Lobenſtein*) ſedes ſunt Comitum de Reus.

II. *Landgraviatus Thuringiæ* (*Thüringen*) ad ſiniſtram Marchionatus
Miſniæ. Cujus partes ſunt:
1. *Ditio Ducis Weiſſenfelſenſis*, in qua: *Weiſſenfelſa* ſ. *Leucopetra* (*Weiſ-
ſenfels*) ad Salam ſedes Ducis. *Comitatus Barbienſis* (*Barby*) ad Albim,
inter Ducatum Magdeburgicum & Principatum Anhaltinum. *Principa-
tus Querfurtanus* (*Querfurt*) quem conſtituunt: *Querfurtum* oppidum
infra Comitatum Mansfeldicum, porro, *Thama* (*Dam*) & *Jüterbocum*
(*Jüterbock*) oppida & præfecturæ inter Marchiam Brandenburgicam &
Luſatiam, *præfecturæ Sachſenburgenſis*, *Heldrungenſis*, *Wendelſteinenſis* &
Sittichenbacenſis. Hujus Ducis quoque ſunt: *Eccardimons* (*Eckardsberg*)
Weiſſenſea (*Weiſſenſee*) *Sangerhuſia* (*Sangerhauſen*) & *Longoſaliſſa* (*Lan-
genſalza*) oppida cum præfecturis ſuis.
2. *Ditio Ducum Saxoniæ* lineæ Erneſtinæ, harum, exſtincta Iſenacenſi,
tres ſunt, inter quas diviſa eſt, *Vinarienſis*, *Gothana* & *Salfeldenſis*; reli-
quarum terræ in Principatu Hennebergico & Coburgico reperiendæ.
Vinarienſis eſt: *Vinaria* (*Weimar*) ſedes Ducis. *Jena* ad Salam, fa-
mam debet Academiæ celeberrimæ. Haud procul inde diſtat: *Zwezena*
(*Zwezen*) pagus cum arce, quæ ſedes primaria eſt Balliviatus Saxoniæ.
Iſenacum (*Eiſenach*) in finibus Haſſiæ, prope quod ſitum eſt in monte
Wartburgum (*Wartburg*). *Alſtadium* (*Altſtadt*) prope Querfurtum.
Gothanæ: *Gotha* ad Leinam pulchritudine ac munitionibus inſignis.
Principatus Altenburgicus (*Altenburg*) alias *Terra Orientalis* (*das Oſter-
land*) dicitur, in quo: *Altenburgum* (*Altenburg*) metropolis.
Saalfeldenſis: *Saalfeldia* (*Saalfeld*) ad Salam ſedes Ducis.
3. *Principatus Schwarzburgicus* (*Schwarzburg*) partim infra, partim
ſupra Erphordiam. Principes Schwarzburgici in duas lineas diſtincti ſunt,
Sondershuſanam & Rudelſtadienſem. Prior tenet: *Sondershuſam* (*Sonders-
hauſen*) metropolim & ſedem Principis. *Arnſtadium.* Poſterior: *Rudel-
ſtadium* (*Rudelſtadt*) ad Salam. *Schwarzburgum* (*Schwarzburg*) caſtel-
lum in monte ſitum, antiquam Comitum ſedem. *Franckenhuſam* (*Fran-
ckenhauſen*) quæ ſalinas habet.
4. *Comitatus* quidam: *Mansfeldicus* infra Principatum Anhaltinum, in
hoc: *Islebia* (*Eisleben*) metropolis. Maximam Comitatus partem ab anno
MDLXX. ſequeſtri, ut vocant, poſſident Electores Saxo & Brandenbur-
gicus. *Stolbergenſis* (*Stolberg*) ad ſylvam Hercyniam ſuperſtites habet
Comites, quibus & Comitatus *Wernigerodanus* (*Wernigeroda*) paret.
Hohenſteinenſis (*Hohenſtein*) juxta Stolbergenſem, Electorem Branden-
burgicum, quoad maximam partem, veneratur dominum. *Beuchlingen-
ſis* (*Beuchlingen*) ad Unſtrutam eſt Dominorum de Werthern.

III. *Principatus Anhaltinus* (*Anhalt*) inter Landgraviatum Thuringiæ,
Principatum Halberſtadienſem, Ducatum Magdeburgicum & Circulum
electoralem.
Quatuor ſunt Principum Anhaltinorum lineæ, *Deſſavienſis*, *Bernbur-
gica*, *Serveſtana* & *Kotenenſis.*
Deſſavienſis habet: *Deſſaviam* (*Deſſau*) metropolin, & *Oranienbaum*
oppidum cum arce recens exſtructa.
Bernburgica: *Bernburgum* (*Bernburg*) ad Salam & *Harzgerodam*
(*Harzgeroda*) *Serveſtanæ* eſt: *Serveſta* (*Zerbſt*) optima & maxima Prin-
cipatus urbs, quæ Gymnaſium habet celeberrimum.
Kotenenſis: *Kotena* (*Koethen*) & *Nienburgum* (*Nienburg.*)

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

IV. *Abbatia Quedlinburgenſis* (*Quedlinburg*) inter Principatus Anhaltinum & Halberſtadienſem, cujus Abbatiſſa inter Status Imperii immediatos, quos vocant, locum obtinet. *Quedlinburgum* oppidum arcem habet.

V. *Marchionatus Brandenburgicus* continetur Polonia, Sileſia, Luſatia, Electoratu Saxoniæ, Ducatibus Magdeburgico, Brunſuico-Luneburgico, Mecklenburgico & Pomeraniæ.

Prignitia cum Marchia antiqua conjuncta, quatuor ſunt Marchionatus Brandenburgici partes:

1. *Marchia vetus* ad ſiniſtram, in hac: *Stendalia* (*Stendal*) metropolis. *Soldquella* (*Soltvvedel*) cujus Margravii ex hiſtoria conſtant. *Gardelebia* (*Gardeleben*) & *Tangermunda* (*Tangermünde*) urbes non minimi momenti. *Perleberga* (*Perleberg*) Prignitiæ metropolis. *Havelberga* (*Havelberg*) Epiſcopatus quondam. *Wittſtockium* (*Wittſtock*) Suecorum victoria celebre.

2. *Marchia media* ſupra Electoratum Saxoniæ & Luſatiam, in qua: *Berolinum* (*Berlin*) metropolis & ſedes Regis Boruſſiæ & Electoris Brandenburgici amplitudine, pulchritudine, munitionibus & incolarum frequentia celeberrima. *Carolinæburgum* (*Charlottenburg*) arx amoena. *Brandenburgum* (*Brandenburg*) ad Havelam, Epiſcopatus quondam fuit. *Spandavia* (*Spandau*) oppidum parvum & munitiſſimum. *Poſthemium* (*Potzdam*) urbs antiqua a Rege proxime defuncto egregie reſtaurata. *Rupinum novum* (*Neu-Rupin*) urbs magna. *Ratenavia* (*Ratenau*) ad Havelam. *Francofurtum ad Viadrum* (*Franckfurt an der Oder*) emporium magnum, cujus ſplendorem auget Academia celeberrima.

3. *Marchia Uckerana*, ſupra antecedentem, in hac: *Premislovia* (*Prenzlovv*) metropolis. *Suetum* (*Schvvet*) oppidum cum arce, quæ ſedes eſt Marggravii Brandenburgici.

4. *Marchia nova* ad dextram, hujus metropolis *Cuſtrinum* (*Cüſtrin*) munitiſſimus locus juxta confluentes Viadri & Wartæ. *Drieſena* (*Drieſen*) munitum oppidum in finibus Poloniæ. *Sonneburgum* (*Sonneburg*) in tractu Sternbergenſi, oppidum cum arce, quæ ſedes eſt magni Magiſtri Ordinis Johannitici in his terris.

VI. *Ducatus Pomeraniæ* inter Marchionatum Brandenburgicum & mare Balthicum, diſtinguitur in citeriorem (Vor-Pommern) quæ eſt pars occidentalis; & ulteriorem (Hinter-Pommern) quæ eſt pars Orientalis.

In Pomerania citeriori Sueciæ regnum tenet *Dynaſtiam Barthenſem*, in qua: *Stralſundia* (*Stralſund*) metropolis magna & munitiſſima cum portu egregio. *Bardum* (*Barth*) *Damgarten* & *Tribbeſes*. *Tractum Gutzkovienſem*, in quo: *Gryphisvvaldia* (*Greifsvvalde*) urbs munita cum Academia celeberrima. *Wolgaſtia* (*Wolgaſt*) oppidum & caſtellum munitum. *Inſulam Rugiæ* (*Rügen*) cujus primaria urbs eſt, *Berga* (*Bergen*). Elector Brandenburgicus: inſulas *Uſedomiam* (*Uſedom*) & *Julinam* (*Wollin*). *Stetinum* (*Stetin*) univerſi Ducatus metropolin munitiſſimam. *Anclamum* (*Anclam*) *Demminum* (*Demmin*) & *Gartiam* (*Gartz*.)

Pomerania ulterior tota eſt Electoris Brandenburgici, in hac: *Stargardia* (*Stargard*) urbs ampla. (*Caminium*) metropolis Epiſcopatus quondam hujus nominis. *Ducatus Caſſubiæ*, (*Caſſuben*) cujus metropolis *Colberga* (*Colberg*) in litore maris Balthici. *Ducatus Venedorum* (*Wenden*) in quo: *Rugenvvaldia*, (*Rügenvvalde* & *Stolpa* (*Stolpe*). Dynaſtiæ: *Butovia* (*Bütau*) & *Lauenburgum* (*Lauenburg*.)

BOHEMIÆ Regnum ab Occidente habet Franconiam & Palatinatum ſuperiorem, a ſeptentrione Miſniam & Luſatiam, ab Oriente Sileſiam & Moraviam, ab Auſtro Auſtriam & Bavariam.

Regnum iſtud XVII. conſtat circulis, quorum in finibus Saxoniæ ſunt: 1. *Circulus Litomirienſis* (*Leutmeritzer-Creis*) in quo: *Litomericum* (*Leutmeritz*) urbs Epiſcopalis. *Teplicium* (*Teplitz*) ob thermas celebre. 2. *Circulus Satezenſis* (*Satzer-Creis*) cujus metropolis *Satecium* (*Satz*) *Cadanum* (*Kadan*) e transactione Caroli V. Cæſaris cum Electore Saxoniæ innotuit. 3. *Circulus Cubitanus* (*Elnbogner-Creis*) in quo: *Cubitanum oppidum* ſ. *Elnboga* (*Elnbogen*) *Vallis Joachimica* (*Joachims-Thal*) ubi primum thaleri cuſi ſunt. *Schlackevverda* (*Schlackevverd*) eſt Margraviorum Badenſium lineæ Catholicæ ex hereditate Lauenburgica. *Thermæ Carolinæ* (*Carlsbad*) oppidum ob thermas ſaluberrimas notum. 4. *Circulus Egranus* (*Egeriſch-Creis*) in quo: *Egra* (*Eger*) urbs nobilis & munita, ex acidulis nota.

In finibus Bavariæ: 5. *Circulus Pilſnenſis*, (*Pilsner-Creis*) in hoc: *Pilſena* (*Pilſen*) inter optimas regni habenda. *Nepomucum* (*Nepomuck*) divi Johannis Nepomuceni patria. 6. *Circulus Prachēnſis* (*Prachenſer-Creis*) in quo: *Piſeca* (*Piſeck*) metropolis & *Crumlavia* (*Crumlau*).

In finibus Auſtriæ & Moraviæ. 7. *Circulus Bechinenſis* (*Bechiner-Creis*) cujus metropolis *Bechinium* (*Bechin*) *Budoviſſa* (*Budvveis*) urbs munita ad Muldam. *Taborum* (*Tabor*) oppidum ab Huſſitis in monte exſtructum. *Tetina* (*Teyn*) caſtellum ad Muldam. 8. *Circulus Czaslavienſis* (*Czaslauer-Creis*) in hoc: *Czaslavia* (*Czaslau*) ubi Ziſca quieſcit. *Chotuſicium* (*Chotuſitz*) pagus, juxta quem MDCCXLII. Rex Boruſſiæ cum Auſtriacis conflixit. *Cutna* (*Kuttenberg*) urbs metallifodinis celebris. *Broda Teutonica* (*Teutſch-Brod*). 9. *Circulus Chrudimenſis* (*Chrudimer-Creis*) in quo: *Chrudima* (*Chrudim*) metropolis & *Pardubyza* (*Pardubyz*) ad Albim.

In finibus Sileſiæ: 10. *Comitatus Glacenſis* (*Glatz*) in quo: *Glacium* (*Glatz*) metropolis cum caſtello munito in monte. Comitatus iſte cum maxima parte Ducatus Sileſiæ per pacificationem Vratislavienſem MDCCXLII. Regi Boruſſiæ ceſſit. 11. *Circulus Gradecienſis* (*Koeniggrætzer-Creis*) in hoc: *Reginægradecium* (*Koenigingrætz*) ad Albim urbs epiſcopalis. *Podiebradum* (*Podiebrad*) caſtellum. 12. *Circulus Boleslavienſis* (*Buntzler-Creis*) in quo: *Boleslavia nova* (*Neu-Buntzel*) & *Boleslavia antiqua* (*Alt-Buntzel*) oppida haud ignobilia. In medio: 13. *Circulus Caurzimenſis* (*Caurzimer-Creis*) in hoc: *Praga* (*Prag*) caput regni ampliſſimum ad Muldam, tribus conſtat urbibus, antiqua, nova, & latere parvo, & duobus caſtellis, *Wiſcherad* & *Hradſchin*. *Caurzima* (*Caurzim*) *Brandeſium* (*Brandeis*) & *Broda Bohemica* (*Böhmiſch-Brod*). 14. *Circulus Muldavienſis* (*Muldauer-Creis*) in quo nihil, quod commemorari meretur. 15. *Circulus*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

culus Slanenſis (Slaner-Creis) in quo: Slana (Slan). 16. Circulus Raconicenſis (Rackonitzer-Creis) cujus primarius locus eſt Raconicum (Rackonitz). 17. Circulus Podberdeſcenſis ſ. Beraunenſis (Podberteriſche ſ. Berauner Creis) in quo: Berauna (Beraun) Caroloſteinium (Carlſtein) caſtellum munitum, in quo inſignia regni aſſervantur.

Marchionatus MORAVIÆ (Mæhren) cohæret cum Bohemia, Sileſia, Hungaria & Auſtria. Loca ejus notabiliora ſunt: Olmucium (Olmütz) metropolis magna, Epiſcopo ſplendet & Academia. Brunna (Brünn) oppidum munitiſſimum, prope quod eſt caſtellum itidem munitiſſimum Spielberga (Spielberg). Iglavia (Iglau) Znoyma (Znaym) & Hradiſca (Hradiſch) oppida non ignobilia.

Ducatus SILESIÆ circa Viadrum contermina eſt Moraviæ, Bohemiæ, Luſatiæ, Marchionatui Brandenburgico, Poloniæ ac Hungariæ. In ſuperiorem ac inferiorem diſtincta XVII. continet Principatus & VI. Baronatus (freye Standes-Herrſchafften).

Ad Sileſiam ſuperiorem pertinent: 1. Principatus Teſchinenſis (Teſchen) cujus metropolis eſt Teſchena (Teſchen) Jabeluncka caſtellum in anguſtiis montium, per quod ex Hungaria itur in Sileſiam. 2. Ratiborienſis (Ratibor) in quo: Ratiboria ad Viadrum. 3. Troppavienſis (Troppau) cujus metropolis Troppavia. Freudenthalia (Freudenthal) Ordini Equitum Teutonicorum paret. 4. Carnovienſis (Jægerndorff) cui metropolis eſt Carnovia ad Oppam. 5. Oppolienſis (Oppeln) Principatuum Sileſiæ, ampliſſimus, in quo: Oppolia (Oppeln) magna urbs ad Viadrum. Glogovia minor (Klein-Glogau) oppidum cum arce egregia. 6. Grotkovienſis ſ. Niſſienſis (Grotkau ſ. Neiſſe) Epiſcopum Vratiſlavienſem veneratur Dominum, in hoc: Niſſa (Neiſſe) ſedes Epiſcopi modo dicti. Grotkovia (Grotkau). 7. Münſterbergenſis (Münſterberg) in quo: Münſterberga & Francoſteinium (Franckenſtein). Baronatus Sileſiæ ſuperioris ſunt: 1. Pleſſenſis (Pleſſe) qui Comitum eſt Promniciorum. 2. Beuthenianus ſuperior (Ober-Beuthen) quem poſſidet Comes de Henckel.

Sileſiæ inferioris Principatus ſunt, qui ſequuntur: 1. Brigenſis (Brieg) in quo: Brega (Brieg) ad Viadrum metropolis munita. Molvvicium (Molvvitz) pagus prope Bregam, ubi MDCCXLI. a Rege Boruſſiæ victi ſunt Auſtriaci. 2. Suidnicenſis (Schvveidnitz) cujus metropolis Suidnitium ampla eſt & munita. Stregovia (Striegau) ob terram ſigillatam, quæ ibi effoditur, incluta. Landisbutum (Landshut). 3. Vratiſlavienſis (Breslau) in quo: Vratiſlavia ſ. Budorgis (Breslau) ad Viadrum, totius Sileſiæ metropolis ampliſſima & pulcherrima, Epiſcopum habet, Academiam Romano-Catholicam & duo Gymnaſia Evangelica. Namslavia (Namslau) caſtellum habet munitum. 4. Olsnenſis (Oels) Principes ſuos habet e domo Würtenbergica, in hoc: Oelſna (Oels) metropolis Juliiburgus (Juliusburg) & Bernſtadium, (Bernſtadt) 5. Wolavienſis (Wohlau) & Herrnſtadium (Herrnſtadt) cum caſtello munito in finibus Poloniæ. 6. Lignicenſis (Liegnitz) in quo: Lignitium (Liegnitz) metropolis pulcherrima, quæ Academia ſplendet equeſtri. Goldberga, (Goldberg) munitum oppidum. 7. Jauravienſis (Jauer) in hoc: Jauravium (Jauer) metropolis. Hirſchberga (Hirſchberg) & Boleslavia (Buntzlau). 8. Glogovienſis (Glogau) in quo: Glogavia major (Gros-Glogau) ad Viadrum metropolis munitiſſima. Grünberga (Grünberg) Freyſtadium (Freyſtadt). Suibuſium (Schvvibus) in Principatu Croſſenſi oppidum cum circulo ſuo huc quoque pertinet. 9. Saganenſis (Sagan) in quo: Saganum (Sagan) ampliſſimus locus. Pribuſum (Pribus) 10. Croſſenſis (Croſſen) qui complurimos annos Electorum eſt Brandenburgicorum, in hoc: Croſna (Croſſen) metropolis & Züllichovia (Züllichau).

Baronatus ſunt: 1. Wartenbergicus (Wartenberg) 2. Militienſis (Militſch) 3. Trachenbergenſis (Trachenberg & 4. Bythonienſis inferior (Nieder-Beuthen).

Univerſum Sileſiæ Ducatum, ſi Principatum Teſchinenſem, & quæ in finibus Moraviæ ſita ſunt, excipias, MDCCXLII. per pacificationem Vratiſlavienſem Rex Boruſſiæ accepit.

Marchionatus LUSATIÆ (Lauſnitz) inter Electoratum Saxoniæ, Marchionatum Brandenburgicum, Sileſiam & Bohemiam ſitus eſt. Dividitur in Luſatiam ſuperiorem & inferiorem. Anno MDCXXXV. Marchionatus iſte ab Imperatore Ferdinando II. Electori Saxoniæ ad reſarciendas impenſas belli Bohemici datus eſt.

In Luſatia ſuperiori ſunt: Budiſſa (Budiſſen ſ. Bautzen) metropolis. Gorlizium (Goerlitz) emporium celebre. Zittavia (Zittau) pulchra admodum. Laubana (Lauban) Camentia (Camenz) & Loebavia (Loebau) Hæ ſex urbes conjunctim dicuntur vulgo: Hexapolis (die Sechsſtædte) Stella S. Mariæ (Marienſtern) & Vallis S. Mariæ (Marienthal) Monaſteria ſunt virginum nobilium.

In Luſatia inferiori: Gubena (Guben) urbs præcipua. Spremberga (Spremberg) Lucca (Lucka) Lubbena (Lubben) Dobrilucca (Dobrilug) Finſtervvalda (Finſtervvald) & Forſta (Forſt) parva ſunt oppida. Cotbuſium (Cotbus) & Peiza (Peitze) ſunt Electoris Brandenburgici. Sonnevvalda (Sonnevvalde) Comitum Solmenſium. Soravia (Sorau) Comitum Promnitiorum.

Germania terræ fœcunditate & aeris ſalubritate nulli Europæ regno cedit. Poſt Reformationem Eccleſiæ & pacem Weſtphalicam Religiones vigent Romano-Catholica, Evangelica & Reformata. Judæi in quibusdam tantum provinciis tolerantur. Regimen e Monarchia & Ariſtocratia compoſitum videtur. Commoda, e ſoli fertilitate, mercatura, innumeriſque artificum operibus capienda, maxima forent, ni luxus aliæque cauſæ eſſent impedimento.

DANIA.

Dania per Holſatiam verſus Auſtrum cohæret cum Germania, reliqua circumfluunt aquæ. Ab Occidente habet mare Germanicum, a Septentrione Oceanum ſeptentrionalem, ab Oriente mare Balthicum. Conſtat autem Dania e Peninſula Jutia (Jütland) quæ ſupra Holſatiam eſt, inſulis dua-

duabus majoribus Seelandia (Seeland) & Finia (Fühnen) & quibusdam minoribus.

I. *Jutia*, antiquis *Cherſoneſus Cimbrica* dicta, dividitur in auſtralem, ſive, ut vulgo appellatur, *Ducatum Sleſvicenſem* (*Schleſvvig*) & borealem, quæ alias in ſpecie Jutiæ nomine venit.

Jutia auſtralis ſ. *Ducatus Sleſvicenſis* diviſa quondam fuit inter Regem Daniæ & Ducem Holſatiæ.

Ad partem regiam pertinent: *Chriſtiani caſtrum Chriſtianpreis*) prope Kilonium urbs munita ſeculo priori condita. *Flensburgum* (*Flensburg*) emporium magni momenti. *Luxburgum* (*Lüxburg* ſ. *Glücksburg*) unde linea Ducum Holſatiæ cognominatur. *Haderslebia* (*Hadersleben*) *Alſena* (*Alſen*) inſula in mari Balthico, in qua; *Sonderburgum* (*Sonderburg*) & *Norburgum* (*Norburg*) quæ ſedes ſunt totidem linearum Ducum Holſatiæ.

Ad partem Ducis pertinebant: *Sleſvicum* (*Schleſvvig*) metropolis cum portu egregio. *Gottorpia* (*Gottorp*) arx in lacu magnifice exſtructa, quæ ſedes erat Ducum. *Friedericopolis* (*Friederichsſtadt*) urbs nova, omnium fere Religionum aſylum. *Toenninga* (*Toenningen*) oppidum cujus munitiones dirutæ ſunt. *Huſumum* (*Huſum*) portum habet. *Tondera* (*Tondern*) & *Appenroa* (*Appenrade*) oppida haud ignobilia. *Strandia ſeptentrionalis* (*Nordſtrand*) inſula maris Germanici. *Fimbria* (*Femern*) inſula maris Balthici Rex Daniæ univerſum Ducatum iſtum nunc tenet.

Jutia ſeptentrionalis tota ſub poteſtate Regis Daniæ eſt. In IV. Dioeceſes (Stiffter) diſtinguitur.

1. *Dioeceſis Rypenſis*, in qua: *Rypa* (*Rupen*) emporium & Epiſcopatus. *Coldinga* (*Coldingen*) urbs vectigalis. *Friederica* (*Friederichs-Oede*) urbs munitiſſima.

2. *Dioeceſis Arbuſienſis* (*Arbus*) in hac: *Arbuſium* (*Arbus*) portum habet & Epiſcopum.

3. *Dioeceſis Viburgenſis* (*Wiburg*) in qua: *Wiburgum* (*Wiburg*) metropolis Jutiæ ſeptentrionalis, & hoc Epiſcopo utitur.

4. *Dioeceſis Alburgenſis* (*Alborg*) in hac: *Alburgum* (*Alborg*) pulchrum admodum, Epiſcopi ſedes.

II. *Seelandia* ad dextram ſita eſt, in hac: *Hafnia* (*Coppenhagen*) in littore orientali, ſedes Regis amplitudine, munitionibus, portu, caſtello itidem munitiſſimo & Academia tandem celebertima. *Amacum* (*Amack*) inſula e regione Hafniæ, in qua: *Portus Chriſtiani* (*Chriſtianshafen*) *Roſchilda* (*Rotſchild*) ob Regum Daniæ ſepulchra & pacem anno MDCLVIII ibi initam celebris. *Friedericoburgum* (*Friederichsburg*) arx maximis ſumtibus magnifice exſtructa. *Helſingora* (*Hoelſingoer*) cum caſtello munitiſſimo *Cronenburgum* (*Cronenburg*) dicto, in litore freti, quod Scaniam & Seelandiam interluit, & *Oreſundicum* (*der Sund*) appellatur. *Sora* in medio inſulæ, parvum at elegans oppidum. *Koga* (*Koege*) portus in ſinu Kogano inde dicto.

III. *Finia* (*Fuhnen*) Jutiam inter & Seelandiam, in hac: *Ottonia* (*Odenſee*) in medio inſulæ, metropolis Epiſcopum habet. *Neoburgum* (*Nyborg*) in litore orientali, munitum oppidum.

IV. *Inſulæ minores* ſunt: *Samſoa* (*Samſoe*) ſupra Finiam. *Langelandia* (*Langeland*) juxta Arroam. *Lalandia* (*Laland*) ad dextram, in qua: *Naſcovia* (*Naxkovv*). *Falſtria* (*Falſter*) *Mona* (*Mone*) infra Seelandiam. *Bornholmia* (*Bornholm.*)

In Aſia Rex Daniæ Trangebariam potiſſimum tenet, & in Africa caſtella quædam litoris Guineæ. Solum Daniæ frumenti & paſcuorum fertiliſſimum, aquæ circumfluentes innumeram piſcium multitudinem nutriunt. Univerſum regnum Religionem ſequitur Evangelicam. Regiminis forma ab anno MDCLX. eſt monarchica. Immenſa vectigalia & mercatura maximos dant reditus.

NORVAGIA.

Norvagiæ fines ab Oriente ſunt Suecia & Lapponia, a ſeptentrione mare Glaciale, ab Occidente & Auſtro mare Germanicum.

Geographi recentiores in quatuor Dioeceſes dividunt Norvagiam, hi ſunt:

I. *Dioeceſis Chriſtianſandenſis* (*Chriſtianſand*) infra ad ſiniſtram, in hac: *Stavangria* (*Stavanger*) ad mare Germanicum, portum habet. *Chriſtianſandia* (*Chriſtianſand*) locus munitus cum portu.

II. *Dioeceſis Bergenſis* (*Bergen*) ſupra antecedentem ad mare Germanicum, in qua: *Berga* (*Bergen*) metropolis regni, mercatura, quam exercet, & portu ampliſſimo celebris.

III. *Dioeceſis Aggerbuſienſis* (*Aggerbus*) infra in finibus Sueciæ, in hac: *Opsloa* (*Opslo*) nunc *Chriſtiania* portum habet. *Aggerbuſia*, (*Aggerbus*) caſtellum munitum. *Hala Friederici* (*Friederichshall*) in cujus oppugnatione Rex Sueciæ Carolus XII. cecidit. *Friedericoſtadium* (*Friederichsſtadt*) juxta antecedentem æque munitum.

IV. *Dioeceſis Nidroſiana* ſ. *Drontheimenſis*, (*Drontheim*) in hac: *Nidroſia* ſ. *Drontheimium* (*Drontheim*) ſedes quondam Regum Norvagiæ, Epiſcopo utitur & portu.

Huc quoque pertinet *Lapponiæ* pars ſeptentrionalis, in qua: *Wardbuſia* (*War dhus*) caſtellum: porro *Islandia* (*Island*) maris glacialis inſula ſupra Scotiam, in hac: *Balleſtadium* (*Balleſtædt* ſ. *Beſtede*) ſedes prætoris regii. *Sckalboltia* (*Sckalbolt*) ſedes Epiſcopi. *Hecla* mons ignivomus.

SUECIA.

Suecia ab Occidente habet Norvagiam, a ſeptentrione Lapponiam, ab Oriente Moſcoviam, ab Auſtro mare Balthicum, cujus duo ſinus verſus Boream alter, alter verſus Orientem ſeſe extendunt; borealis *Bothnicus*, Orientalis *Finnicus* appellatur. Provinciæ ejus ſunt:

I. *Gothia* (*Gothland*) verſus Auſtrum diſtinguitur in Orientalem, Ocdentalem & Auſtralem.

1. *Gothia Orientalis* (*Oſt-Gothland*) ſubdividitur: a *in Gothiam Orientalem in ſpecie* ſic dictam, in qua: *Norcopia* (*Nordkoeping*) emporium magni

magni momenti. *Vaſtenum* (*Wadſtein*) & *Stegeburgum* (*Stegeburg*) b. *Smalandiam* (*Smaland*) in hac: *Calmaria* (*Calmar*) emporium munitum. *Junecopia* (*Jenkoeping*) *Bromſebroa* (*Broemſebroe*) ob pacem Suecos inter & Danos MDCXLV. ſancitam inclutа. *Oelandia* (*Oeland*) & *Gothlandia* (*Gothland*) inſulæ maris Balthici, in poſteriori eſt *Visbia* (*Wisby*) magnum quondam emporium, jam vero non item.

2. *Gothia occidentalis* (*West-Gothland*) ad ſiniſtram. Hujus partes a. *Gothia occidentalis in ſpecie*, in qua: *Gothoburgum* (*Gothenburg*) emporium ampliſſimum ac munitiſſimum cum portu. b. *Dalia* (*Dalien*) in qua: *Daleburgum* (*Daleburg*) c. *Wermelandia* (*Wermeland*) in hac: *Caroloſtadium* (*Carlſtadt*) a Carolo IX. condita.

3. *Gothia auſtralis* (*Süder-Gothland*) ſequentes continet provincias: a. *Hallandia* (*Halland*) in qua: *Laholmia* (*Laholm*) urbs munita. *Helmoſtadium* (*Helmſtædt*) mercatura celebre. *Wardburgum* (*Wardburg*) egregius portus. b. *Scania* (*Schonen*) ad fretum Oreſundicum, in hac: *Lundis* (*Lund*) metropolis, Academia ornata eſt. *Helſinga* (*Helſingburg*) portus in litore freti. *Landskrona* (*Landskron*) *Malmobia* (*Malmoe*) emporium munitiſſimum. *Idſtadium* (*Ydſtædt* c. *Bleckingia* (*Bleckingen*) in qua: *Caroli corona* (*Carlscron*) munitiſſimus Sueciæ portus. *Chriſtianoſtadium*, (*Chriſtianſtadt*) & *Caroli portus* (*Carlshafen*) d. *Provincia Bahuſiana* (*das Bahus-Lehn*) pars quondam Norvagiæ, at anno MDCLX. Suecis relicta, in hac: *Behuſium* (*Bahus*) munitiſſimus locus, & *Marſtrandia* (*Marſtrand*) oppidum cum caſtello munito.

II. *Suecia in ſpecie* ſupra Gothiam; hujus provinciæ ſunt:

1. *Uplandia* (*Upland*) in qua: *Holmia* (*Stockholm*) caput regni & ſedes Regis cum portu ampliſſimo. *Upſalia* (*Upſal*) Archiepiſcopatu & Academia celebris. *Alandia* (*Aland*) inſula ſinus Bothnici. 2. *Sudermannia* (*Südermannland*) in qua: *Nicopia* (*Nieukoeping*) portum habet. 3. *Nericia*, juxta antecedentem ad ſiniſtram, cujus metropolis eſt *Orebroa* (*Orebro*) 4. *Weſtmannia* (*Weſtmannland*) in hac: *Aroſia* (*Weſteras*) *Arboga* & *Koenigsora* (*Koenigsoer*) arx amœna. 5. *Dalekarliæ* in finibus Norvagiæ, *Fahluna* (*Fahlun*) in cujus regione eſt magna fodina cuprimontana.

III. *Nordlandia* ſupra Sueciam in ſpecie ſic dictam, hujus provinciæ ſunt: 1. *Geſtricia* (*Geſtricien*) cujus metropolis eſt *Gevalia*. 2. *Helſingia* (*Helſingen*) in qua: *Hudvvichsvvaldia*. 3. *Meddelpadia*. 4. *Jemptia* (*Jempteland*) 5. *Angermannia* (*Angermannland*) in qua: *Hernoſandia* (*Hernoſand*) 6. *Bothnia*, in hac: *Torna* (*Torne*) in litore boreali ſinus Bothnici. 7. *Lappia Suecica*.

IV. *Magnus Ducatus Finoniæ* (*Finnland*) ad dextram, inter ſinum Bothnicum & Finnicum, cujus magna pars Ruſſis ceſſit.

Ad Sueciæ regnum adhuc pertinet. 1. *Cajania* (*Cajanien*) verſus Boream, in qua: *Cajaneburgum* (*Cajaneburg*) locus munitus. 2. *Finonia* in ſpecie, in qua: *Aboa* (*Abo*) Ducatus metropolis, Epiſcopum habet & Academiam. *Nyſtadium* (*Nyſtadt*) ubi MDCCXXI. Sueciam inter & Moſcoviæ regnum pax fuit inita. 3. *Nylandia* (*Nyland*) cujus metropolis eſt *Helſingfortia* (*Helſingfort*) 4. *Tavaſthia* (*Tavaſt*) in qua: *Tavaſthus*. 5. *Savolaxia*, lacubus ac paludibus diſtincta, nil præterea, quod nominari mereretur, continet.

Moſcoviæ eſt: 1. *Carelia*, in qua: *Viburgum* (*Wiburg*) oppidum munitiſſimum. 2. *Kexholmia* (*Kexholm*) cum caſtello egregie munito ejusdem nominis.

Suecia, cui, ob frigus nimis intenſum, ſterile ſolum, magna frugum inopia laborat. Contra ea ferri cuprique inſignes effodiuntur theſauri. Univerſum regnum Religionem ſequitur Evangelicam. Poteſtas regia arbitrio Senatus regnique Statuum, qui ex ordine nobilium, cleri, civium & agricolarum conſtant, circumſcribitur.

Russia Magna.

Ruſſiæ magnæ ſive Moſcoviæ fines occidentales ſunt Suecia & Polonia, auſtrales Tartaria minor, ſive Europæa, orientales Tartaria magna ſive Aſiatica, boreales mare glacie, cujus ingens ſinus in continentem penetrans mare Album vocatur.

Flumina Moſcoviæ notatu digniora ſunt:

I. *Tanais* (*Don*) infra, in medio, prope Tanaim oppidum ſ. Aſſovium aquas ſuas effundit in paludem Meotidem.

II. *Duina* (*Dvvina*) prope Fanum Archangeli committitur mari albo.

III. *Boryſthenes* (*Dnieper*) infra ad ſiniſtram, prope Oczakovium decurrit in mare nigrum.

IV. *Wolga* ad dextram immiſcetur infra Aſtracamum mari Caſpio.

V. *Obius* (*Oby*) conjungitur mari glaciali, & Europam ab Aſia ſecernere vulgo exiſtimatur.

Diſtinguitur Moſcovia I. in ſeptentrionalem, II. borealem, & III. in Tartariam Moſcoviticam. Quibus accedunt provinciæ Suecis ereptæ: *Ingria* (*Ingermannland*) & *Livonia* (*Liſland*) A poſtremis exordimur.

1. *Ingria* ſita eſt infra Finoniam inter Ladogæ lacum & ſinum Finnicum, in hac notantur: *Petropolis* (*S. Petersburg*) emporium a Petro magno initio hujus Seculi conditum, qui & ſedem poſtea fecit. Portum tuetur caſtellum Cronſchlos dictum, in inſula exſtructum. *Noteburgum* (*Noteburg*) in litore lacus Ladogæ, e regione Petropolis. *Ivanogorodia* (*Ivanogorod*) caſtellum munitiſſimum in rupe ſitum.

2. *Livonia* infra ſinum Finnicum dividitur a. in *Eſthoniam* (*Eſthen*) quæ eſt pars borealis, in hac: *Revalia* (*Reval*) in litore Sinus Finnici, emporium magnum & munitum. *Pernavia* (*Pernau*) oppidum Academia & portu ornatum. *Narva* urbs munita, victoria Regis Sueciæ Caroli XII. nota. *Dorpata* (*Doerpt*) urbs quondam celebris, jam vero pene diruta. *Dagoa* (*Dagbo*) & *Oeſelia* (*Oeſel*) inſulæ maris Balthici. b. in *Lettoniam* (*Letten*) quæ eſt pars auſtralis, in hac: *Riga* Livoniæ metropolis & emporium ampliſſimum & munitiſſimum. *Dunamunda* (*Dünamünde*) munitionibus inſignis. *Kokenbuſa* (*Kockenhauſen*) caſtellum habet munitum.

Ruſſia borealis ſequentes continet provincias:

1. *Lapponia Moscovitica*, in qua: *Kola* portus. 2. *Pleskovia* (*Pleskovv*) Livo-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Livoniæ contermina, in qua: *Pleſcovia* (*Pleſcovv*) emporium amplum. *Novogardia magna* (*Gros-Neugart*) cujus metropolis ejuſdem nominis amplitudine & mercatura celebris eſt. 4. *Belozero.* 5. *Jeroslavia.* 6. *Vologda.* 7. *Uſtiuga.* 8. *Onega* cum urbibus ſuis ejuſdem nominis. 9. *Duina* (*Dvvina*) in qua: *Fanum S. Archangeli* ſ. *Archangelopolis* (*Archangel*) emporium celeberrimum.

II. Moſcoviæ auſtralis provinciæ ſunt, quæ ſequuntur:

1. *Rzeva.* 2. *Tueria* (*Tvver*) 3. *Roſtbovia* (*Roſtbov*) 4. *Susdalia* (*Susdal*) 5. *Biela.* 6. Regio *Smolenſcenſis* (*Smolensko*) cum metropoli ejuſdem nominis munitiſſima. 7. *Moſcovia* in qua: *Moſcovia* (*Moſcau*) caput regni & ſedes quondam Principum ampliſſima. 8. *Wolodimaria* (*Wolodimer*) 9. *Czernicbovia* (*Czernicbovv*) 10. *Severia* (*Severien*) in qua: *Novogardia Severiæ* (*Novogardia Severski*) 11. Regio *Worotenenſis* (*Worotin*) 12. Regio *Rezanenſis* (*Rezan*) 13. *Ucrania Ruſſica* a Coſaccis incolitur, in hac: *Baturinum* (*Baturin*) ſedes Ducis Coſaccorum, quem Hettmann vocant. *Kiovia* (*Kiovv*) locus ampliſſimus & munitus. *Pultava* clade Suecorum MDCCIX. notiſſima.

III. Tartaria Ruſſica in finibus Aſiæ, cujus & magnam partem continet, huc referimus: 1. *Regnum Aſtracanum* ſupra mare Caſpium, in quo: *Aſtracanum* (*Aſtracan*) emporium munitiſſimum. 2. *Regnum Bulgariæ* (*Bulgar*) 3. *Regnum Caſaniæ* (*Caſan*) 4. *Wiatka.* 5. *Permia* (*Permski*) 6. *Jugoria* (*Juborsky*) 7. *Petzora.* 8. *Samojeda.* 9. *Siberia*, in qua: *Tobolium* (*Tobolsky*) metropolis. *Tomskoja* (*Tomskoy*).

Ruſſia, quod ad fœcunditatem terræ, eandem fere cum Suecia nacta eſt ſortem: attamen pellibus ferarum pretioſis aliisque rebus abundat. Religionem Ruſſi profitentur Græcam. Imperantes primum Magni Duces, deinde Czaar, quod nomen Regem deſignare dicitur, jam vero Imperatores ſalutantur, quem honorem primus uſurpavit Petrus Magnus. Imperatores iſti abſolutum in ſubditos omnium rerum habent imperium.

POLONIA.

Polonia ab Oriente habet Moſcoviam, ab Auſtro Tartariam minorem, Imperium Turcicum & Hungariam, ab Occidente Germaniam, a Septentrione Boruſſiam, Curlandiam & Livoniam.

Fluvii præ reliquis notabiles ſunt: I. *Viſtula*, (*Weixel*) ad dextram, conjungitur prope Gedanum cum mari Balthico. II. *Duna* ſupra, prope Rigam effunditur in ſinum Livonicum. III. *Boryſthenes* (*Dnieper*) de quo ſupra. IV. *Tyras* (*Dniſter*) committitur mari nigro.

Provinciæ regni Poloniæ ſunt:

I. *Polonia* in ſpecie in finibus Pomeraniæ & Sileſiæ. Hujus duæ ſunt partes:

1. *Polonia magna*, quæ ſita eſt verſus ſeptentrionem, & in Palatinatus diſtincta eſt ſequentes: a. *Palatinatus Poſnanienſis* (*Woyvvodſchafft Poſen*) in quo: *Poſnania* (*Poſen*) metropolis cum Epiſcopatu. Palatinatus *Calisſienſis* (*Kaliſch*) cujus metropolis idem habet nomen. *Gneſna* (*Gneſen*) antiqua urbs, cujus Archiepiſcopus Primas eſt Poloniæ. c. Palatinatus *Uladislavienſis* ſ. *Inoloczenſis* (*Wladislau* ſ. *Inovvloz*) in quo: *Uladislavia* (*Wladislau*) ſedes Epiſcopi Cujavienſis. d. Palatinatus *Breſtenſis* (*Brzeſt*) cum metropoli ejuſdem nominis. e. Palatinatus *Ravenſis* (*Rava*) in qua: *Rava* metropolis, & *Lovicium* (*Lovvicz*) ſedes Archiepiſcopi Gneſnenſis. f. Palatinatus *Lencicienſis* (*Lenczicz*) hujus metropolis eodem utitur nomine. g. Palatinatus *Siradienſis* (*Siradien*) in qua: *Siradia* (*Sirad*) & *Petricovia* (*Petricovv*) ubi regni tribunal.

2. *Polonia minor* verſus Auſtrum, hujus Palatinatus ſunt: a. *Cracovienſis* in finibus Sileſiæ, in qua: *Cracovia* (*Cracau*) Poloniæ metropolis ampliſſima, Epiſcopum habet & Academiam. *Czenſtochia* (*Czenſtochovv*) oppidum cum monaſterio munito. b. *Sendomirienſis* (*Sendomir*) cujus metropolis *Sendomiria* ad Viſtulam ſita eſt. c. *Lublinenſis*, in quo: *Lublinum* (*Lublin*) metropolis & emporium amplum, ubi tribunal regni.

II. *Maſovia* (*Maſovien*) inter Poloniam, Boruſſiam & Lithuaniam, cujus Palatinatus ſunt: 1. *Maſovienſis*, in quo: *Warſovia* (*Warſchau*) metropolis & ſedes Regum Poloniæ ad Viſtulam. 2. *Podlachiæ* ſ. *Bielcenſis* (*Podlachien* ſ. *Bielsk*) in qua: *Bielſcum* (*Bielsk*) & *Drogizinum* (*Drogiczin*).

III. *Ruſſia rubra* in finibus Hungariæ & Imperii Turcici, in hac ſunt. 1. *Palatinatus Chelmenſis* (*Chelm*) juxta Lublinenſem. 2. *Belzenſis* (*Belcz*) cum urbibus ejuſdem nominis. 3. *Ruſſiæ rubræ* proprie ſic dictæ (*Reuſſen*) in quo: *Leopolis* (*Lemberg* ſ. *Luvvovv*) metropolis magna & munita, Archiepiſcopum habet. *Premislavia* (*Premislavv*) urbs Epiſcopalis. *Halicia* (*Halicz*) 4. *Podoliæ* (*Podolien*) in quo: *Camenecia* (*Caminiec*) munimentum validiſſimum in finibus Imperii Turcici. 5. *Braclavienſis* (*Braclau*) in quo: *Braclavia* & *Winnicza*. 6. *Kiovienſis*, in quo: *Techtimerova* (*Techtimerovv*) *Cyraſſium* (*Czyrkaſſi*) & *Kudacum* (*Kudack*) munita Coſaccorum loca. 7. *Voliniæ* (*Volhynien*) cujus metropolis *Luccorium* (*Lucko*) Palatinatus tres poſtremi uno nomine alias vocantur *Ukrania* (*Ukraine*).

IV. *Lithuania* (*Lithauen*) ſupra Ruſſiam rubram dividitur in Lithuaniam proprie ſic dictam & Ruſſiam albam.

Lithuaniæ Palatinatus ſunt: 1. *Breſſicenſis* (*Breſſici*) cum metropoli ejuſdem nominis. 2. *Trocenſis* (*Troki*) in quo: *Trocum* (*Troki*) urbs lignea. *Grodna* (*Grodno*) ubi Comitia regni nonnunquam habentur. 3. *Vilnenſis*, in quo: *Vilna* (*Wilna*) metropolis Lithuaniæ ampliſſima, Tribunal ibi, Epiſcopus & Academia.

Ruſſiæ albæ 1. *Palatinatus Polocenſis* (*Polocz*). 2. *Vitepscenſis* (*Witepsk*). 3. *Minſcenſis* (*Minski*). 4. *Mſcislavienſis* (*Mcislavv*). 5. *Novogrodenſis* (*Novogrodeck*) cum urbibus ejuſdem nominis.

V. *Samogitia* inter Boruſſiam, Curlandiam & Livoniam, hujus præcipua loca ſunt: *Roſſenum* (*Roſienne*) & *Mednicum* (*Mednick*).

VI. *Curlandia* ſupra Samogitiam diſtinguitur in *Curlandiam* proprie dictam & *Semgalliam*. In Curlandia propria ſunt: *Vindavia* (*Windau*) portus in litore maris Balthici & *Goldinga* (*Goldingen*). In Semgallia: *Mittavia* (*Mittau*) ſedes quondam Ducum Curlandiæ.

Cur-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Curlandiæ Duces fuere e ſtirpe Kettleriana, quibus paucis abhinc annis exſtinctis, Curlandiæ Status primo Comitem Saxoniæ, deinde Comitem de Biron elegere Duces. At illi, quo minus Ducatum obtineret, impedimento fuere Poloni, hic in Siberiam exul ire juſſus. Quare, cum non vana perhibeantur Poloniæ jura in Ducatum iſtum, quæ eundem ſors maneat, exſpectandum eſt.

Poloniæ ſolum tantæ fertilitatis eſt, ut frumenti, pecoris, mellis rerumque aliarum magna vis quotannis ad exteros transmittatur. Religio viget Romano-Catholica. Proteſtantes & Judæi ſub Diſſidentium nomine tolerantur. Reges Poloniæ ſuffragiis nobilium eliguntur, quare etiam poteſtas regia legibus fundamentalibus & Comitiis regni mirum in modum coercetur.

Borussia.

Boruſſia Pruſſia continetur Pomerania, Polonia & mari Balthico. Quæ ad utrumque Viſtulæ litus jacent, ſunt ſub poteſtate Poloniæ, ideoque Pruſſia Polonica dicuntur. Quæ vero verſus Orientem ſita ſunt, Margraviis Brandenburgicis parent, qui in ea ſummam exercent poteſtatem, eaque de cauſa regiam dignitatem ſibi initio hujus ſeculi vindicarunt, quare iſta pars Regnum Pruſſiæ nominatur.

In Pruſſia Polonica notantur: *Palatinatus Pomerelliæ* (*Pomerellien*) ad ſiniſtram, in quo: *Dantiſcum* ſ. *Gedanum* (*Danzig*) ad Viſtulam, emporium ampliſſimum & munitiſſimum. Ad oſtium Viſtulæ eſt *Weixelmunda* (*Weixelmünde*) *Oliva* monaſterium Ordinis Ciſtercienſis, ubi anno MDCLX. Poloni cum Suecis pacem fecerunt. 2. *Culmenſis*, in quo: *Culma* (*Culm*) ad Viſtulam, urbs Epiſcopalis. *Thorunium* (*Thorn*) civitas pulcherrima. 3. *Mariæburgicus*, cujus metropolis (*Marienburg*) ſedes quondam magni Magiſtri Ordinis Teutonici. *Elbinga* (*Elbingen*) emporium magnum. 4. *Epiſcopatus Varmienſis* (*Wermeland*) ad dextram, in hoc: *Heilsberga*, (*Heilsberg*) ſedes Epiſcopi. *Brunberga* (*Braunsberg*) ad ſinum aquæ dulcis.

In regno Pruſſiæ: 1. *Hockerlandia* (*Hockerland*) ad Viſtulam, in qua: *Marienvverder*, ſedes quondam Epiſcopi Pomeſanienſis. *Hollandia* (*Holland*) oppidum munitum. *Tanneberga* (*Tanneberg*) pagus, ubi anno MCCCCX. Rex Poloniæ cruento prælio Equites Teutonicos devicit. 2. *Natangia* (*Natangen*) circa lacum aquæ dulcis, in qua: *Brandenburgum* (*Brandenburg*) oppidum cum caſtello munito. *Bartenſteinium* (*Bartenſtein*) & *Johannisburgum*. 3. *Sambia* (*Samland*) circa lacum Curonium, in hac: *Regiusmons* (*Koenigsberg*) ad Pregelam metropolis regni ampliſſima, quatuor conſtat urbibus, Academia ornata eſt. *Pillavia* (*Pillau*) portus. *Fiſchbuſa* (*Fiſchhauſen*) in cujus regione ſuccinum ſeu Electrum copioſe colligitur. *Velavia* (*Welau*) ad Pregelam transactione anni MDCLVIII. innotuit. *Memelia* (*Memel*) munitus locus in oſtio lacus Curonii.

Hungaria.

Hungariæ contermina eſt ab Occidente Germania, a ſeptentrione Polonia, ab Oriente Imperium Turcicum, ab Auſtro mare Mediterraneum. E fluviis præ reliquis commemorari merentur: I. *Danubius*. II. *Dravus* (*Drau*). III. *Savus* (*Savv*) apud Belgradum in Danubium effunditur. IV. *Tibiſcus* (*Theis*) e montibus Carpaticis decurrit in Danubium.

Hungariæ partes ſunt ſequentes:

I. Hungaria circa Danubium in finibus Germaniæ & Poloniæ.
II. Sclavonia, Dravum inter & Savum.
III. Croatia, infra Sclavoniam ad ſiniſtram.
IV. Boſnia, juxta Croatiam ad dextram.
V. Servia, juxta Boſniam ad dextram.
VI. Dalmatia, in litore maris Adriatici.
VII. Tranſilvania, juxta Hungariam ad dextram.

I. *Hungaria in ſuperiorem & inferiorem* dividitur. *Superior* eſt pars borealis in finibus Poloniæ, in hac: *Poſonium* (*Presburg*) metropolis pulcherrima, ubi regni inſignia cuſtodiuntur. *Tyrnavia* (*Tyrnau*) *Leopoldinum* (*Leopoldſtadt*) *Vivarinum* ſ. *Neoſelium* (*Neubæuſel*) *Comaronium* (*Comorra*) in inſula *Schutia* (*Schütt*) ſunt loca munitiſſima. *Parkanum* (*Parckan*) *Novigradum* (*Novigrad*) *Vacia* (*Waitzen*) æque munita. *Epereſſinum* (*Eperies*) & *Caſſovia* (*Caſchau*) urbes magni momenti in finibus Poloniæ. *Mongatium* (*Mongatſch*) in monte ſitum & munitum. *Schemnitium* (*Shemnitz*) *Kremnitium* (*Kremnitz*) civitates montanæ metallifodinis celebres. *Tockæum* (*Tockay*) in cujus vicinia vinum gignitur generoſius. *Zolnochium* (*Zolnock*) & *Segedinum* (*Segedin*) ad Tibiſcum. *Zentha* ad eundem fluvium, ubi anno MDCXCVII. Eugenius Princeps Sabaudiæ Turcas gravi prælio vicit. *Colocia* (*Colocza*) Archiepiſcopum habet. *Waradinum majus* (*Gros-Waradein*) munimentum validiſſimum in finibus Tranſilvaniæ. *Zatmarium* (*Zatmar*) *Julia* (*Giula*) loca munita. *Debrecinium* (*Debrezin*) ampliſſimus at patens locus. *Temeſium* ſ. *Temesvvarinum* (*Temesvvar*) urbs munitionibus validiſſimis tuta, cum tractu ſive banatu ſuo.

Hungaria inferior eſt infra Danubium, in hac: *Sempronium* ſive *Sopronium* (*Oedenburg*) in finibus Auſtriacis, inter optimas Hungariæ urbes habenda. *Jaurinum* ſ. *Arrabo* (*Raab*) munitionibus & Epiſcopatu celebris. *Strigonium* (*Gran*) ad Danubium, Archiepiſcopum habet, qui Primas Hungariæ eſt. *Buda* (*Ofen*) ad Danubium regni caput munitiſſimum. In altera Danubii ripa eſt *Peſtum* (*Peſt*) parvum oppidum. *Alba regalis* (*Stulvveiſſenburg*) in palude ſita, adeoque munita. *Caniſia* (*Caniſcha*) urbs munitiſſima ad paludem Volceam (Balaton) *Fanum* S. *Gottbardi*

 (*S. Gott-*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

(*S. Gottbart*) oppidum cum caſtello, ubi anno MDCLXIV. Turcæ victi ſunt. *Sigetum* (*Sigeth*) itidem in palude ſitum. *Mohacium* (*Mohatz*) ad Danubium, prope quod anno MDCLXXXVII. Chriſtiani victores abiere.

II. *In Sclavonia: Poſega & Gradiſca* urbes munitæ. *Eſſecum* (*Eſſeck*) Sclavoniæ metropolis ampliſſima & munitiſſima. *Petrovaradinum* (*Petervvaradein*) munitiſſimus locus cum caſtello itidem munito. Anno MDCCXVI. hic Turcæ victi terga vertere. *Carlovitium* (*Carlovvitz*) ob pacem anno MDCXCIX. cum Turcis initam celebre. *Salankemum* (*Salankement*) victoria Chriſtianorum anno MDCXCI. celebre. Hungaria & Sclavonia tota ſceptro reguntur Auſtriaco.

III. *In Croatia* Auſtriacæ domus ſunt: *Zagrabia* (*Agram*) metropolis munita. *Varadinum minus* (*Warasdein*) *Caroloſtadium* (*Carlſtadt*) & *Siſacum* (*Siſſeck*) loca ſunt munita.

Turcarum: *Wibacium* (*Wibatz*) validiſſimum munimentum.

IV. *In Boſnia*, quæ tota Turcis paret, *Æmale* (*Jaicza*) *Banialuca*, ſedes Præfecti Turcici. *Zvvornick*, loca munitiſſima. *Serajum* (*Serajo*) emporium ampliſſimum.

In Servia, quæ eundem cum Boſnia Dominum veneratur, *Alba græca ſ. Taurunum* (*Belgrad ſ. Griechiſch Weiſſenburg*) in confluentibus Danubii & Savi, validiſſimum quondam munimentum Chriſtianorum adverſus irruptiones Turcarum, quibus vero, dirutis munitionibus, facta nuper pace tradita fuit. *Semendria* ad Danubium. *Paſſarovicium* (*Paſſarovvitz*) pace anno MDCCXVIII. cum Turcis ſancita celebre. *Widinum* (*Widin*) *Naiſſus* (*Niſſa*).

VI. *Dalmatia* inter Venetos & Turcas diviſa eſt. Venetorum ſunt: *Vegia* (*Veglia*) *Pharia ſ. Pharos* (*Lezina*) *Corcyra nigra* (*Curzola*) inſulæ maris Adriatici. *Jadera* (*Zara*) metropolis munita.. *Sebenicum* (*Sebenico*) *Salona* ſedes quondam Regum Illyriæ. *Cliſſa*. *Spalatrum*. *Narona* (*Narenza*) *Caſtellum novum* (*Caſtel nuovo*) *Catharum* (*Cattaro*) loca munita.

Turcarum: *Velſera* (*Bucariza*) *Sena* (*Zeng*) & *Stridon* (*Scardona*) *Libera Reſpublica Raguſina* (*Raguſa*) inter Naronam & Caſtellum novum, ſub clientela eſt Turcarum Imperatoris. Huc quoque pertinet *Melita* (*Meleda*) inſula.

VII. *Tranſilvania* Auſtriacis ſubjecta tribus incolitur nationibus, Germanis, Hungaris & Siculis (Zeckler) e quibus nationibus Provinciæ Status conſtituuntur. Urbes Germanorum ſ. Saxonum ſunt: *Stephanopolis ſ. Corona* (*Cronſtadt*) in finibus Moldaviæ. *Cibinium ſ. Villa Hermanni* (*Hermannſtadt*) nationis metropolis ampla, Gymnaſium habet Academicum. *Schæsburgum* (*Schæsburg*) *Mediæ Coloniæ* (*Medvviſch*) *Pirum* (*Birthalmen*) Paſtoris primarii, qui Superintendens generalis vulgo audit, ſedes. *Biſtricum* (*Noeſen*) pulchrum oppidum. Hungaro-Germanorum urbes: *Alba Julia* nunc *Caroliburgum* (*Weiſſenburg ſ. Carlburg*) metropolis Tranſilvaniæ & quondam ſedes Principum, & nunc ſummi militiæ Præfecti Auſtriaci. *Claudiopolis* (*Clauſenburg*) urbs amplitudine ac munitionibus inſignis. *Porta ferrea*, arctiſſimæ montium fauces, per quas ex Tranſilvania in Hungariam iter eſt. Siculi locum notatu dignum non habent.

Hungaria copioſiſſimo rerum omnium proventu plurimis Europæ regnis utique anteponenda. Verum aquæ minus ſalubres, æſtus præterea diurnus & frigus nocturnum exteris, præcipue Germanis, moleſtiſſima ſunt. Religio noſtro tempore dominatur Romano-Catholica; attamen ingens Proteſtantium, Græcorum aliarumque ſectarum deprehenditur multitudo. Ad finem fere Seculi proxime elapſi Reges Hungariæ a Magnatibus fuerunt electi, iidemque fere regiæ poteſtatis termini, ut in Polonia. At Leopoldi Imperatoris victricibus adverſus Turcas armis permoti ſunt regni proceres, ut hæreditariam Auſtriacæ Domus Principum concederent ſucceſſionem; quo facto magna libertatis ac immunitatum pars evanuit.

TURCIA EUROPÆA.

Turcia Europæa ab Occidente habet Hungariam, a ſeptentrione Poloniam & Ruſſiam magnam, ab Oriente mare nigrum & Archipelagum, ab Auſtro mare Mediterraneum. Provinciæ, quibus conſtat, ſunt ſequentes:

I. Moldavia, in finibus Poloniæ & Tranſilvaniæ.
II. Wallachia, inter Moldaviam, Danubium & Tranſilvaniam.
III. Bulgaria, infra Danubium.
IV. Romania, infra Bulgariam inter mare nigrum & Archipelagum.
V. Græcia, quæ alias Turcia meridionalis appellatur.
VI. Tartaria minor ſ. Europæa in litore maris nigri.

I. In *Moldavia* notantur: *Jaſſium* (*Jaſſy*) ad Hieraſum (Pruth) fluvium, ſedes Principis Moldaviæ, quem Hoſpodar vocant. *Chotimiæ* (*Chozim*) urbs munitionibus nota in finibus Poloniæ.

II. In *Wallachia*: *Buctreſtum* (*Buckereſt*) ſedes Principis, qui Woyvvod vulgo audit. *Tarviſium* (*Tergoviſt*) & *Campus longus* (*Kempelunge ſ. Langenau*) Major incolarum Pars Colonia ſunt Romana.

III. In *Bulgaria*: *Nicopolis* ad Danubium, clade Chriſtianorum anno MCCCXCVI. inſignis. *Doroſtero* (*Siliſtria*) urbs munita. *Sardicum* (*Sophia*) metropolis & emporium amplum, at ſine defenſione. *Varna* in litore maris nigri, prope quam anno MCCCCXLIV. triginta fere Chriſtianorum millia cæſa ſunt.

In *Romania*: *Hadrianopolis* (*Adrianopel*) urbs ampliſſima, in quo Turcarum Imperatores nonnunquam commorantur. *Conſtantinopolis* (*Conſtantinopel*) in litore Boſphori Thraciæ, caput Imperii Turcici ampliſſimum, & ordinaria ſedes Imperatorum hujus gentis, portum habet opportuniſſimum. *Gallipolis* (*Gallipoli*) in litore Helleſponti, portu inſtructa eſt. *Seſtus* (*Seſto*) altera Dardanellarum, cui e regione in Aſia jacet *Abydus* (*Abydo.*)

V. *Græcia* a plurimis Geographorum in 6. diſtinguitur provincias:

1. *Macedonia*, infra Bulgariam & Romaniam, in qua: *Theſſalonica* (*Salonichi*) in litore ſinus inde cognominati, emporium magni momenti, *Athos*

ſ. *Mons*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſ. *Mons ſanctus* (*Monte ſanto*) mons altiſſimus, multis Græcorum monaſteriis diſtinctus.

2. *Albania*, ad ſiniſtram Macedoniæ, in hac: *Scodra* (*Scutari*) metropolis & ſedes Baſſæ. *Ulcinium* (*Dolcigno*) urbs portu & caſtello munito tuta, cujus incolæ piraticam exercent. *Antibarum* (*Antivari*) locus munitus. *Dyrrachium* (*Durazzo*) urbs & portus quondam celeberrimus. *Aulon* (*Valona*) portum habet.

3. *Epirus* infra Albaniam, in hac: *Arta* (*Larta*) emporium incolis frequens. *Buthrodum* (*Butrinto*) & *Preveſa* Venetorum ſunt.

Theſſalia, infra Macedoniam, in hac: *Janna*, urbs ampla. *Lariſſa*, metropolis quondam Theſſaliæ.

5. *Livadia*, olim Græcia proprie ſic dicta, infra Epirum & Theſſaliam, in qua: *Naupactus* (*Lepante*) in litore ſinus, cui inde nomen. *Athenæ* (*Setines*) Reſpublica olim valentiſſima, jam vero ne umbra quidem.

6. *Peloponeſus ſ. Morea* peninſula, in hac: *Corinthus* (*Corintho*) in Iſthmo, magni quondam nominis civitas, nunc quoque non exigui momenti. *Nauplia* (*Napoli di Romania*) primarius Moreæ locus munitionibus ac portu celebris. *Epidaurus* (*Napoli di Malvaſia*) urbs munitiſſima in parva inſula ſita. *Miſitra*, olim *Lacedæmon* ſive *Sparta*. *Methone* (*Modon*) & *Coronis* (*Coron*) urbes mercatura celebres: *Pylus* (*Navarino*) portum habet egregium. *Clarentia* (*Clarenza*) & *Patræ* (*Patraſſo*) munita ſunt loca.

IV. *Tartariæ minoris* ſive Europææ partes ſunt:

1. *Beſſarabia*, ad oſtia Danubii & Tyræ, hujus habitatores Tartari dicuntur Budziacenſes, qui in greges diverſas ſeparati, diverſa habent nomina. Oppida Turcarum tuentur præſidia, ea ſunt: *Bendera* (*Bender*) urbs munita, ubi Sueciæ Rex Carolus XII. ultra quinquennium hoſpes divertit. *Tyras* (*Bialogorod*) ad oſtium fluvii hujus nominis. *Axiace* (*Oczakovv*) locus munitus.

2. *Cremia* olim *Cherſoneſus Taurica* eſt peninſula maris nigri, in hac: *Precopia* (*Precop.* ſ. *Or*) in Iſthmo, locus munitus. *Baciesaraja*, ſedes Chami ſive Principis hujus gentis. *Capha* ſ. *Cavum* (*Caffa*) portu inſignis. Huc quoque refertur: *Tanais* (*Aſſoph*) ad Oſtium fluvii hujus nominis, a Ruſſis bis expugnata, at bello compoſito dirutis munitionibus Turcis reddita.

Circa Græciam ingens inſularum eſt numerus, quarum majores ſunt *Candia* olim *Creta*, & *Euboea* (*Negropont*).

I. *Candia* olim *Creta regnum*, extrema Archipelagi verſus Auſtrum, Venetis, ſub quorum ditione fuit, a Turcis erepta eſt. Urbes ejus celebriores ſunt: *Candia* metropolis munitiſſima portum habet. *Rhitymum* (*Retimo*) & *Cydonia* (*Canea*) in litore occidentali ſita ſunt. *Setia* olim *Cythæum* in orientali.

II. *Euboea* ſupra partem Livadiæ orientalem, hujus metropolis *Chalcis* olim dicta, nunc *Negroponte*, validiſſimas habet munitiones. Et hæc inſula Turcarum ſubjecta eſt dominio.

Minores inſulæ partim in Jonico mari jacent, partim in Archipelago.

In mari Jonico: 1. *Corcyra* (*Corfu*) cujus metropolis munitiſſima idem habet nomen. 2. *Leucas* (*Maura*) cum urbe ejuſdem nominis. *Echinades* (*Curzolari*) harum ſunt quinque. 4. *Cephalonia*. 5. *Zazynthus* (*Zante*) Hæ Venetis parent.

In Archipelago, verſus Europam: 1. *Lemnus* (*Stalimene*) 2. *Sira* (*Sciro*) 3. *Andrus* (*Andro*) 4. *Tenus* (*Tyne*) 5. *Delus*. 6. *Naxus* (*Nixia*). 7. *Parus* (*Pario*). 8. *Melus* (*Mylo*). 9. *Cythera* (*Cerigo*) quæ poſtrema Venetorum eſt, reliquæ cum ſequentibus Turcarum. Verſus Aſiam: 1. *Lesbus* ſ. *Mitylene* (*Metelino*). 2. *Chius* (*Scio*). 3. *Samus* (*Samos*). 4. *Icaria* (*Nicaria*. 5. *Pathmus* (*Palmoſa*) Joannis Evangeliſtæ exilium. 6. *Aſtypalæa* (*Stampalia*). 7. *Carpathus* (*Scarpanto*).

Omnes iſtæ Turciæ Europææ provinciæ pro ſoli ſitusque diverſitate fertiliſſimæ ſunt: Religionem, ut conſtat, Turcæ habent peculiarem, a Muhamede impoſtore, quem divino afflatu locutum fuiſſe credunt, inſtitutam: Chriſtiani & Judæi ſoluto pretio tolerantur. Turcarum Imperator adeo abſolutum in ſubditos exercet dominium, ut nec legibus nec ulla alia re poteſtaš ejus poſſit reprimi. Nihilo tamen ſecius vel bellum minus proſpere geſtum, vel alia quæcunque res plebem militesque in tantum furorem haud raro agitavit, ut cum diademate libertate, quin & vita, privati fuerint Imperatores.

ASIA.

Aſiæ verſus Orientem ſita quatuor orbis terrarum partim maxima cenſetur. In finibus Moſcoviæ cum continente Europæ cohæret, & exiguo illo Iſthmo, qui mare Mediterraneum ſecernit a ſinu Arabico ſive mari rubro, annectitur Africæ, reliquam circumfluunt aquæ. A ſeptentrione eſt Oceanus ſeptentrionalis ſive mare glaciale, quod hic Tartaricum quoque appellatur, ab Oriente Oceanus Orientalis, ab Auſtro mare Indicum, ab Occidente ſinus Arabicus ſive mare rubrum, Mediterraneum & Pontus Euxinus ſ. mare nigrum.

Aſia in VI. partes majores diſtinguitur:

I. Imperium Turcicum, mari Mediterraneo, Africæ & mari rubro proximum.

II. Imperium Perſicum ad dextram antecedentis infra mare Caſpium.

III. India, orientalis vulgo cognominata, circa Indum & Gangem flumina.

IV. Imperium Sinenſe, in litore Oceani Orientalis.

V. Tartaria magna ſive Aſiatica ſupra Indiam, & Sinam.

VI. Inſulæ circa Aſiam.

I. IMPERII TURCICI fines ſunt mare nigrum, Archipelagus, mare Mediterraneum, Ægyptus, mare rubrum & Arabicum, ſinus Perſicus, Perſia & Tartaria magna.

Duo hic inprimis notantur flumina majora: I. *Euphrates*, qui a ſeptentrione Meridiem verſus in ſinum Perſicum defluit. II. *Tigris*, qui cum Euphrate conjungitur.

Conſtat vero Imperium Turcicum ſex provinciis, quarum tres ſitæ ſunt in litore Euphratis occidentali. 1. Anatolia ſive Aſia minor, vulgo Natolia.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

lia. 2. Soria ſ. Syria. 3. Arabia. Tres in litore hujus fluvii Orientali 1. Georgia. 2. Turcomannia. 3. Diarbecira.

1. *Natolia* Peninſula in litore orientali maris Mediterranei quatuor habet partes: a *Natolia in ſpecie*, in qua: *Cotyæum* (*Cutaye*) ſedes præfecti hujus provinciæ. *Smyrna* emporium ampliſſimum cum portu. *Chryſopolis* (*Scutari*) e regione Conſtantinopolis. *Iſnich* olim *Nicæa*, ex hiſtoria Eccleſiaſtica celebris. *Pruſia* (*Bruſia*) ſedes Imperatorum Turcicorum ante captam Conſtantinopolim. Præter has multæ in hiſtoria ſacra & profana celeberrimæ civitates hic obveniunt, quarum vero vel ruinæ tantum exiguæ vel ne veſtigium quidem ſuper ſunt. b. *Amaſia*, in qua: *Amaſia* (*Amaſan*) metropolis & ſedes præfecti. *Trapezus* (*Trebiſonde*) in litore maris nigri, ſedes Imperii quondam Trapezuntini. *Tocatum* (*Tocat*) & *Sebaſtopolis* (*Suvas*) oppida non ignobilia. c. *Aladulia* (*Alauduli*) in hac: *Malatia* (*Maras*) metropolis. d. *Caramania*, cujus metropolis eſt *Iconium* (*Cogni*) ſedes præfecti.

Ad Natoliam referuntur duæ inſulæ maris Mediterranei. 1. *Cyprus*, in qua: *Nicoſia* metropolis. *Fama Auguſta* (*Famagoſta*) urbs munitiſſima. 2. *Rhodus*, quam Equites d. Joannis olim tenuere, cujus metropolis eodem utitur nomine.

2. *Syria* nunc *Soria* ſive *Soriſtan* infra Natoliam in litore maris Mediterranei pro tribus civitatibus primariis in tres diſtinguitur ditiones: a. *Ditio Aleppenſis*, in qua: *Hierapolis* ſ. *Aleppum* (*Aleppo*) emporium amplitudine, caſtello munito & incolarum frequentia celeberrimum. *Alexandria* (*Scanderona*) portus. b. *Ditio Tripolitana*, in qua: *Tripolis Syriæ* (*Tripoli di Soria*) portus egregius. c. *Ditio Damaſcena*, in qua: *Damaſcus* (*Damas*) emporium pulcherrimum. *Joppe* (*Jaffa*) portus e S. Scriptura notus. *Hieroſolymæ* (*Jeruſalem*) metropolis quondam Palæſtinæ notiſſima. Reliqua loca, quorum in ſacris paginis fit mentio, dudum deleta ſunt.

3. *Arabia* inter mare rubrum & ſinum Perſicum peninſula, dividitur in petræam, deſertam & felicem. *In Petræa* notantur montes Sinai & Horeb, nihil enim urbium hic occurrit celebrium. *In deſerta*: *Anna* emporium amplum ad Euphratem. *Medina* ſ. *Methymna* (*Medina Talnabi*) ubi notatur ſepulchrum Muhamedis. *Mecca* ſ. *Mecha*, hic idem Muhamedes natus eſt. Hæc duo loca peregrinationibus Turcarum religioſis inſignia ſunt. *In felici*: *Zibithum* (*Zibith*) *Mocca*, & *Adenum* (*Aden*) emporia ſunt in litore maris rubri & Arabici. *Maſcatum* (*Maſcate*) & *Bahrenia* (*Bahrein*) in litore ſinus Perſici, piſcatura margaritarum celebres. In Arabia multi dominantur Principes, quos Emirs vocant; horum nonnulli abſolutam exercent poteſtatem, quidam Turcarum Imperatori fidem præſtare tenentur.

In litore Euphratis orientali ſunt:

1. *Georgia* inter mare nigrum & Caſpium, in diverſas regiones diſtinguitur, quarum Principes vel Turcarum Imperatoris, vel Regis PerſiæVaſalli ſunt; illi: Princeps Mingreliæ, Princeps Imeretiæ, in cujus ditione notatur *Cotatis* urbs munitiſſima, Turcis ſubjecta. Princeps Guriæ (Guriel); hi: Princeps Cardueliæ (Carduel) & Princeps Gaguetiæ (Gacheti).

2. In *Turcomannia*: *Arziris* (*Erzerum*) metropolis magna & munita. *Caræ* (*Cars*) urbs itidem munita.

3. In *Diarbecira*: metropolis ejuſdem nominis. *Mauſilum* (*Moſul*) emporium magnum, e ruinis urbis antiquiſſimæ Ninive enatum creditur. *Orpha* munitionibus inſignis. *Bagdatum* (*Bagdad*) ad Tigrim, emporium amplitudine ac munitionibus celeberrimum, olim Seleucia dicebatur. *Balſora* in litore ſinus Perſici, emporium ditiſſimum.

II. PERSIA ab occidente habet Imperium Turcicum, ab Auſtro ſinum Perſicum, ab Oriente Indiam orientalem, a ſeptentrione Tartariam magnam & mare Caſpium.

In multas quidem provincias diſtincta eſt Perſia; quarum cum nunquam vel rariſſime apud nos fiat mentio, urbes tantum commemoratu digniores enarrabimus, hæ ſunt: *Armuza* ſ. *Ormudum* (*Ormus*) urbs & inſula ſinus Perſici, emporium quondam Luſitanorum longe celeberrimum, a Perſis expugnatum & deletum eſt. *Gamronum* (*Gamron*) emporium & portus magni nominis e regione Ormudi. *Schiraſium* (*Schiras*) vino, quod gignit, generoſiori celebre. Prope Schiraſium videntur ruinæ metropolis Perſiæ antiquæ Perſepolis, quam Alexander M. incendio delevit. *Aſpahanum* ſ. *Iſphahanum* (*Iſpahan*) ſedes Regum Perſiæ, quos Sophi ſalutant, inſignis amplitudinis incolis frequentiſſima. *Caſpinium* (*Casbin*) infra mare Caſpium, antiqua ſedes Regum Perſiæ. *Tabriſium* (*Tauris* ſive *Tabris*) emporium ampliſſimum & locupletiſſimum, antiquorum eſſe dicitur Ecbatana. *Derbentium* (Derbent) locus munitus in anguſtiis Caucaſi montis, quæ Portæ Caſpiæ inde nominantur.

Perſia multis rebus, præſertim ſerico abundat, cujus magna vis quotannis inde in Europam advehitur. Incolæ religioni addicti ſunt Muhamedis, in quibusdam tamen a Turcarum placitis abhorrent; quare odio internecivo utraque natio ſeſe proſequuntur. Forma regiminis Perſarum, ut omnium Orientis populorum, Monarchica eſt. Regum antiquorum ſtirps regno detruſa, &, ut fertur, exſtirpata eſt. Qui nunc imperium uſurpat, Thamaskulikan vocatur.

III. INDIA ORIENTALIS continetur Perſia, Tartaria magna, Imperio Sinenſi & mari Indico.

Cum multis aliis duo hic illuſtres notantur fluvii, *Indus* ad dextram, & *Ganges* ad ſiniſtram, in mare Indicum defluentes.

Indiæ orientalis tres partes ſunt: 1. Imperium magni Mogolis, vulgo Indoſtan. 2. Peninſula Indiæ intra Gangem ſ. Occidentalis. 3. Peninſula Indiæ extra Gangem. ſ. Orientalis.

I. In *Imperio magni Mogolis* ſunt: *Ditio Agranenſis*, cujus metropolis *Agra* ſedes quondam fuit. *Genabad* in Regno *Dehliaco* (*Dehly*) nunc ſedes eſt magni Mogolis. *Guzurata* regnum circa oſtium Indi, in quo: *Dium* (*Diu*) in inſula, munimentum Luſitanorum. *Cambaja* & *Suratta* portus & emporia celeberrima. *Bengala* regnum in litore ſinus inde cognominati. *Onglium* (*Ongly* ſ. *Ougely*) portus & emporium.

2. *In Peninſula intra Gangem*: *Regna Cuncanum* & *Decanum*. *Goa* primarius & optimus Luſitanorum in his terris portus & emporium. *Calecu-*

Universitäts- und
